



BIBLIOTECA NAZIONALE
EMANUELE
13
15 A
4



CAMILLI Plautii Pæzonis

Iurisconsulti Fontenallatensis.

commentariorum.




AD RVB. C. DE EDENDO LIBELLVS.

ET AD L. I. C. DE EDENDO. LIBRI TRES.

AD SERENISSIMVM COSMVM Mediceum Florentinæ Reipub. & Senarum Ducem.

Cong. S. R. de Luc.



LVCAE APVD VINCENTIVM BVSDRACVM.
MD.LXIII.


PAGANI PAGANII LICIANENsis impares versus.

IN HAEC COMMENTARIA.

EDere cum sit opus quo poßis discere, vel cum
Non sit opus; prudens PLAVTIVS edit opus
Hic veteres imitans iuris, legumque peritos,
Nomine qui celebres, reque fuere viri;
Et rebus certa in dubiis oracula; lucem
Vrbibus è fumo quique dedere suis;
PLAVTIVS hos sectans antiquos, eruit altis
E tenebris, legum condita sensa tibi.
Quemque modum teneas discendi, mille vetustis
Romani iuris, legibus vsque probat.
Omnia disseruit quæ nuper, dum docet; aut cum
collegis doctis disputat ipse viris
Librũ igitur lõgo haud cõscriptũ tẽpore; sed quẽ
In cœlum vario nomine fama feret;
Sedulus euolue, & veri studiosus, ineptum
Quorundam fastum; barbariemque fuge
Et dic pallenti: & tristi liuore repulso;
Qui mentes hominum vertere sæpe solet;
PLAVTIVS hetruscisque scolis; iuri que; latino
Atque ore: atq; stilo cõmoda quanta facit?

SERENISSIMO COSMO Mediceo Reipub. Florentinæ ac Senarum Duci.

Camillus Plautius fœlicitatem dicit.



Vlgata est, princeps optime, maxime, & celebris Platonis sententia, nos, non solum nobis natos esse; sed ortus nostri, partem patriam, partem parentes, partem amicos, sibi vendicare, cuius præcepti qui memor fuerit, is semper meditetur aliquid, aut efficiat, necesse est: & nullum temporis punctum aut meditatione, aut opere vacuum, esse patiatur: laboris autem tanti, præmium amplißimum, ac fructus vberrimos, sit percæpturus, quippè qui summa omnium admiratione, et summos honores: & incredibilem gloriam sit assecuturus; qui verò inertiæ, ac desidiæ sese dediderint, ac turpi in otio tempus con-

ſumpſerint, hi mihi hominis nomine, vix digni videntur, quippè qui hominis nihil præter formam habent. Ego ab adoleſcentia ſemper operam dedi, vt fruſtra natus non viderer, cumq; intelligerem non vnã patere viam, ad homines iuuandos, ac tutandos, tamen duo mihi præcipua, ac præſtantiſſima ſemper viſa ſunt, ſcilicet ars militaris, & iuris prudentiæ diſciplina, altero quippè iniurias propulſamus, Imperium propagamus, & legibus, quibus in pace viuamus tutum paramus præſidium, altero quæ parta ſunt gubernamus, et tuemur; & ea, quorum cauſa procreati ſumus, exercemus, quia tamen ad vim nunquã confugiendum eſt, niſi cum paci locus eſſe non poteſt, viſa eſt mihi hæc diſciplina, minus ad promerendos homines, ac beneficio iuuandos, opportuna, ac minus frequens, quamobrem legitimam ſcientiam amplexus ſum, atq; in id ſtudium, ita ſem-

per incubui, vt & opere, & meditationibus, prodessem generi humano, atq; ita sem per studia mea, tempusq; diuisi, vt partim inuestigandæ veritati, partim edocendis adolescentibus, ac adiuuandis amicis, & clientibus, operam darem, cum autem iuris nostri, quo vtimur, interpretum duo sint genera, alterum eorum, qui in his, quæ à maioribus acceperunt, perseuerent, & accepta quo iure quaq; Iniuria tueantur, alterum eorum, qui nullius addicti iurare in verba magistri, non quid alii doceant, sed qua ratione id efficiant, quærunt, & veritatem quorumcunq; authoritati ante ponunt, ego vtrunq; hominum genus semper plurimi feci, tamen, vt dicā quod sentio, mihi magis probantur, hi, qui causas rerum, rationesq; perquirunt; cum enim omne artificium in dies recipiat incrementum, mihi gloria digni non videntur, qui scientiam hanc legitimam imperfectam

dimittunt, nec ad summum euehere, aut perducere tentant, & licet non parua gloria dignus habitus fuerit, Augusti tēporibus, Atteius capito, qui in his, quæ à maioribus tradita fuerant, perseuerauit, tamen multò celebrior, ac præstantior, & maiori honore, laudeq; dignus iudicatus est, Antistius labeo, qui ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ fretus, quòd præ cæteris sapientiæ operam dederat, plurima innouare instituit, vt refert Pomponius, ego tametsi, tantū mihi non arrogo, vt me cæteris doctrina præstare confidā, tamen mihi semper visum est superuacuum, & inutile, ex alienis libris, libros conficere, & quasi mutuo acceptos pro suis in lucē emittere. Ideò multa innouare institui, non temere, nec impudenter, nec cauillationibus, aut sophisticis disputationibus. sed planißimo, lucidißimoq; verborum sensu expresso; ac terminorum legalium notitia, vt cæteris am-

sam, occasionemq́ praeberem, veritatis inuestigandae, quae prae omnibus rebus amanda semper, & colenda est, ex quibus quaedam a me iam in lucem edita fuere, nō infelici, ni fallor, exitu: quãobrem nō dubitabo in posterũm, alia quoq; huiusmodi opera in vulgum proferre, praesertim tuo, COSME Magnanime, fretus praesidio, & authoritate; spero etenim, te mihi semper auxilio, subsidioq́ futurum, & opera mea, quae tibi omnia iam sunt dedicata, & propemodũ tua sunt, à studiorũ meorũ obtrectatoribus, & laudis meae inuidis, defensurũ; cuius praesidiũ, & tutela, si vllo vnquã tempore, mihi, ac libris meis fuit vtilis, hodie pernecessaria est, quã plures enim existunt, & infideles amici, et alienae laudis inuidi, qui, quia ea, quae assequi se posse desperant; in alijs improbant, de nobis detrahere non cessabunt. Quamobrem, Clementissime princeps Reip. literariae colu-

men, & studiosorum omnium fautor, & adiutor eximius, quo nemo, ætate nostra prudentior est, nemo animi magnitudine præstantior, nemo munificentior, nemo iustitiæ cultu, & æquißimarum legũ obseruantia celebrior, serena fronte, suscipe munusculum hoc, & qualecunq; quod tuum est, ab obtrectatorum, & maleuolentißimorum inuidorum detractionibus defende, & protege, & patere te à Plautio tuo, qui se totum tibi addixit, et mancipauit, coli, & obseruari, eiusq; studia prouehe, & in dies meliora expecta, fœliciter vale. Pisis quinto Calendas Maii. 1563.

Index rerum principalium quæ in hoc opere continetntur.

Libellus ad Rubri.C.de edendo continet infrascripta videlicet.

Lib.i.ad l i.C.de edendo,continet infrascripta.

Lib.ii.ad.l.i.C.de edendo,continet infrascripta.

Lib.iii.ad.l.i.C.de edendo,continet infrascripta.

CAMILLI PLAVTII PAEZONIS IVRISCONSVLti Fontanellatensis.

AD RVBRI. C. DE EDENDO LIBELLVS.



CAP. I.

Continuatio titulorum non necessaria est num.1.& 2.
Mulier ob adulterium non perdit dotem. nu.5.
sed ob diuortium.nu.6.&.7.&.8.&.9.
Ideo quia hodie cessat diuortium. nu.10.
Non habebit locum pœna diuortii. nu.10.
Separatio Thori, non est subrogata in locum diuortii,nu.11.&.12.
Nec in ea amittitur dos per adulteram. num.12. & nume.13.
C. plerumque de don.inter vir,& vxo.quomodo procedat.nu.14.&.15.& nu.22.
Dos penes maritum stat matrimonio durante nu.15.& nu. 22.

1 SOlent Doctores in ipso cuiusque anni initio, super copulandis, atque congiungendis seu adnectendis ad proximos quosque titulis, diu, multumque laborare, atque in ea re causas collocandi cuiusque tractatus, adeò diligenter, & accurate persequi, vt nemo, existimare non debeat, nos summam ex harum rerum cognitione vtilitatem consecuturos esse, solent præterea, cum inscriptionem ipsam, seu indicem, titulumque libri, quam rubricam vulgo appellant, comentariis exornãt. multa vnde quaque parum, aut nihil ad materiam, de qua agitur pertinentia, in eum librum congerere, & diligentissime tractare, quæ verò ad rem pertinent, negligunt, & plerumque penitus ommittunt, quod qua ratione faciant, ipsi viderint.

2 Ego quod attinet ad conglutinationem continuationemuè titulorum, alias satis superque ostendi, lib.i.de notis, Crauet.inutile esse eorũ studium eosque oleum & operam, vt aiunt, perdere, qui in causis huiusmodi perquirendis, atque cognoscendis, bonas horas consumunt, itaque de ea re nullum in præsentia verbum faciam, sed nec de præparatoriis iudiciorum, quæ alibi commodius tractari possunt, nec de gerundio, aut de supino edisseram, præsertim quia ex aliorum cõmentariis satis abun-

deque dignoſci,percipique poſſunt, nō ſolum hic ſed & aliis in locis quos recenſet Alex. & Ias.& nouiſsimi.

3 Inſiſtam igitur ſuper his tantum quæ ad materiam titulo cōgruentem pertinent, et operā dabo,vt omnes eam ad vnguem cognitam, & perſpectam habeatis, multaque a cæteris aut negleta aut non animaduerſa, cognitu tamen ac ſcitu digniſsima,percipiatis.

4 Quamquam autem huius ſum inſtituti, eiuſque intentionis,vt nihil extraneum,nihil a materia alienum,abhorrensuè interſerere, velim, tamen non potui abſtinere, quin ſumpta occaſione, ab his, quæ de oſculo impudico, atque de dote ob eam rem amittenda, tractant hoc loco Docto.oſtendam,non ſolum impertinentem,ſed & vanam,inutilemque eſſe hanc quæſtionem, quod facile apparebit, ſi demonſtratum fuerit, hodie vllo caſu, vſore ob adulterium,dote non eſſe mulctandam, quo demonſtrato, facile quiſque intelliget, mulierem ex cauſa oſculi impudici, dotis iacturam facere multo minus debere, cuius rei cognitio, atque inſpectio, ni fallor, & ſcitu non iniucunda,& vtilitatis plena futura eſt.

5 Itaque, vt breuibus res agatur, ſcire oportet maritū nullo vnquā tēpore, potuiſſe ad dotis lucrū aſpirare, īmediate ſeu ex ſolo adulterio, nec

nec alibi cautum reperitur, vxorem ob adulterium ipsum, dote priuari potuisse, sed dotis iacturam, tunc facere consueuit mulier, cum diuortio causam præbuit, & sic multabitur dote mulier, ob diuortium culpa eius factum, non autem ob solum adulterium, fateor adulterii, crimen iustam marito causam prebere, ob quam repudiet vxorem, & misso ob hanc causam repudio, & intelligi tunc culpa mulieris factum fuisse diuortium, quod optime probat text. in. l. consensu. C. de repud. vbi multæ causæ enumerantur, propter quas potuit fieri diuortium; tamen non sufficit, ad priuandam dote mulierem, aliquid ex his fuisse ab ea commissum, sed mittendum est repudium, ex causa illa, & ob crimen illud, ab vxore commissum, quo facto dos eripietur, mulieri, & lucro mariti cædet, quasi matrimonio, culpa eius dissoluto, & sic amissio dotis est pœna diuortii, non autem adulterii, aut veneficii, aut homicidii aut cuiuscunque alterius criminis, de quo fit mentio, in. d. l. consensu. C. de repud.

6 Fauebant enim leges mirum immodum matrimoniis, ob liberorum vtilitatem, & diuortia fieri ægre patiebantur, vt exprimit text. in d. l. consensu, quia tamen omnino prohibere diuortium, non expediebat, ideò lex pœnam

infligebat illi, cuius culpa factum fuisset diuortium, siue is vir fuerit, siue vxor.d.l. consensu, quod autem non adulterium ipsum, sed diuortium fuerit causa (vt aiunt) immediata, & proxima dotis vxori auferendæ, probat text.in.l.Lucius.ff.soluto. matrimonio. ibi si probetur culpa mulieris matrimonium dissolutum, an poterit maritus propter culpam vxoris dotem retinere? & in.l. miles.§.socer.ff.de adulter.ibi contentus lucrum ex dote retinere, tamquam culpa mulieris dirépto matrimonio, & l.miles.§.vlt.ff. de adul. ibi ius tractabitur, quasi culpa mulieris facto diuortio, & in.l.si dotem.C.de iure dot. & in Auctentic. de nupt.§.nuptias itaque ibi solutionem aut innoxiam, aut cum pœna.

8 Et quod dos eriperetur vxori ob diuortium eius culpa factum, præter supradicta in hanc sententiam adducta, probat textus.in Auctent.de nupt.in.§.mitiores, vbi enumeratis causis, propter quas matrimonium soluitur bona gratia, postea ait, quòd cæteræ solutiones matrimonii, causam quærunt incipere, aut a viro, aut ab vxore, vt damnificent temerarium, aut dote, aut donatione propter nuptias, & in versic. si agitur, dum ait licen-

tiam dat lex repudio vti, & dotem percipe-
re, & in.§.si verò altera, vbi ait quod qui in-
rationabiliter repudium misit, dictis pœnis
subiicitur, subdit glos. in verbo. pœnis, idest
amissionis dotis, & ante nuptias donationis,
&.§.sic itaque matrimonia, vbi ait quòd si
contingat matrimonia distrahi, inter virum,
& vxorem ex aliqua causa supradicta, immi-
nent pœnæ pecuniariæ circa dotem, & dona-
tionem sponsalitiam, & in eod.§.versi. sed a
nobis, vbi etiam indotata matrimonia, sine
iusta causa dissoluta castigantur, & in.§.si mu
lier, vbi mulier indotata, propter culpam
suam a viro diuertens, plectitur, & in.§.has
itaque, ibi licentia datur viris, mittere re-
pudia, & lucrari dotem, & in authen. vt lice.
matr. & aui.§.quia vero plurimas, in versic.
nunc autem, ibi causas, ex quibus maritus re-
pudium mittere potest, & dotem vxoris lu-
crari, & in.§.causas autem, eodem titulo, &
alibi sæpe.

Quibus ex locis luce clarius apparet, do-
9 tem amitti solere ob diuortium, mulieris
culpa factum, & sic non sufficere culpam
subesse, nisi etiam subsequutum fuerit diuor
tium, quia, vt sæpe, dixi hæc est pœna in
odium diuortii, & propter diuortium infli-

cta, non autem immediate propter adulterium. Et eduertatur, quòd in.l.consensu.C. de repud.multæ exprimuntur causæ,propter quas,diuortium sequutum, intelligitur factū culpa vxoris, & mulier sic repudiata amittit dotem, inter quos recensentur homicidium, plagium, veneficium, receptio latronum, & alia huiusmodi, tamen nemo dixerit, quod vna ex his causis sufficiat, ad priuandam dote vxorem, nisi etiam sequutum fuerit repudium, eadem ratione nec solum adulterium sufficiet, quia quo ad diuortium faciendum & dotem vxori auferendam, pari passu ambulant adulterium, & aliæ causæ expressæ in.d.l.consensu,& hæcverissima sunt,& adeò perspicua, vt nulla tergiuersatione celari possint,fateor ego, adulterium olim causam iustam extitisse, propter quam mitteretur vxori repudium. d.l.consensu.C. de repud. quo misso, locus erat lucro dotis. puniebatur enim illæ, cuius culpa factum fuerat diuortium.d.l.consensu, & eius culpa factum esse, intelligebatur, qui ex his fecisset aliquid, propter quæ lex permittit repudium mitti, licet ille qui culpam commisit, non prouocauerit, ad diuortium, vt inquit,glos.

in.§.mitiores, in verb.temerarium,in auten. de nupt. & probat text.in.d.l.miles.§.socer. digestis de adult. & in.d.l. consensu, tamen ex solo adulterio, nisi etiam sequutum fuisset diuortium, maritus dotem non lucri faciebat.

10 Sanè hodie sublatum est diuortium, & sic hoc tempore non potest dirimi matrimonium, ex causis huiusmodi cap.ii.de translatio.prelat. Alexand. in.l.si cum dotem.§ si maritus. numer. 10.ff. soluto matrimo. Ideò cessante diuortio cessabit pœna diuortii, & cessabunt eius effectus, & sic adultera dote amplius non multabitur, quia vt dixi, cessante diuortio cessant effectus diuortii,auten.de nupt.§.deportatio,& ibi not. glos.& est text. in.l.si concubina.ff.rerum amot.facit text.in l.iii.ff.de pact. dotal. & generaliter cessante causa cessat effectus.l. adigere.§.quamuis .ff. de iure patronat. cum simil.item iure non cauetur,quòd ex solo adulterio, maritus constante matrimonio, lucrifaciat dotem, ideò nec nos imponemus cuique pœnam priuationis, quæ non habet locum, nisi in casibus iure expressis, secundum glos.in.cap.vltim. & ibi Abba.notat de iure patron. & quando agitur de priuando aliquem iure suo, tunc

non procedimus per argumenta, neque per coniecturas, secundum glos.in.c. cupientes. §.quòd si per.xx.de ellectio, libr. vi.& cessat penitus extensio Felin.in .c.præterea numer. 13.de sponsalibus, præcipue quando priuatio huiusmodi tendit ad priuatam vtilitatem, secundem Imol.in.l.si vero.§.de viro. numer. 31.ff.soluto.matrimo. Ex his concludo quod maritus hodie dotem non lucrifacit,ob vxoris adulterium,& est decisio non contemnenda,& a cæteris non animaduersa, qua sententia admissa frustra quæritnr, an ob osculum impudicum,dos amittatur,quæ mulieri adulteræ conseruatur.

11 Obstat tamen, quia licet hodie non fiat diuortium, fit separatio thori propter adulterium, quæ succesit, seu subrogata est in locum antiqui diuortii,quo fit,vt eadem pœna infligi debeat mulieri, quæ ob adulterium fuerit a viro separata, quæ ex causa adulterii diuertenti imponebatur, argument.l.si cum. §.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.Marsi. not. in consi.xiii.

Respondeo quod separatio thori non fuit subrogata in locum diuortii, sed sunt penæ diuersæ factorum diuersorum,in separatione thori mulier verberata detruditur in mona-

rium, & pacta dotalia quo ad dotem seruantur, & sic non amittitur.d.§.adulteram in fin. & hæc pœna immediate imponitur propter adulterium, diuortio autem facto, olim dos amittebatur, fauore matrimonii, & in odium diuortii, d.l.consensu.C.de repud.

12 Aduerte præterea, quòd separatio thori, non fuit inuenta a summis Pontificibus, post sublatum repudium, sed fuit inuenta ab Iustiniano, eo tempore, quò vigebant diuortia, & sic fuit cumulatum, & additum remedium, non in locum alterius subrogatum, de hac meminit text.in auten.vt nulli iudicium.§. si quando vero, in versic.adulteram, eodem tempore fiebant etiam diuortia, vt in auten. de nupt.§.distrahuntur, & in auten. vt liceat mat.& aui.§ causas autem, & sic non est tractandum de subrogato an in eo habeat locum pœna pristina, de quo tamen vide Bald. in cap.primo colum.3.versic.sed nunquid de his quæ met.caus.& Bart.in.l.prima.C.si rector prouinc. & Aret.in consil.cxxxi.& Alciat. in rubric.de officio. ordinar. numer.30. &.31.

13 Secundo respondeo quod separatio thori non dirimit matrimonium. d. §. adulteram, in auten. vt nullli iudi. & sic diuersa est a,

diuortio,& habet suas pœnas, de quibus ibi, inter quas non est amisio dotis, igitur contenti erimus pœnis a lege iniuntis, nec alias excogitabimus præsertim ad priuandam mulierem iure suo,quia priuatio iuris sui nemini imponitur, nisi expresse & nominatim lege caueatur,vt tradit glo.communiter approbata.in.c.vlti.& ibi Abba.de iure patron. notat Bald. in auten. ex testamento.C.de secun. nupt.Bald. in.c. nihil. numer,15. de electio. Alexan.in.l.etiam num.7.ff soluto matrimo. & alibi sæpe docto.præcipue ad priuatam vtilitatem,vt scribit Imol.in.l.si vero.§.de viro, nu.31.ff.solut.matrimo.

Tertio respondeo quòd in pœnalibus subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locũ subrogatur.not.Bal.in.c.i.col.3.versi.sed nunquid de his quæ met.caus.ita tenet Bar.in.l.i. C.si rector prouin.vbi ait pœnam impositam offendenti prætorem, non habere locum, in eod.qui offendit vicarium prætoris, & per Aret.in consi.cxxxi.& Alciat.in rubri.de offi.ordi.numer.30.&.31. Ex his patet clarissime quod maritus hodie non lucri facit dotem, ob adulterium vxoris,quod etiam manifestatur ex.§.adulteram, in fi. auten.vt nulli iudicum,vbi adultera in monasterium detru-

ſa, ſeruari debent pacta dotalia, quod ſuperfluum eſſet ſi adulterium afferret marito lucrum dotis, & hæc ſunt clariſsima iure ciuili.

Magis dubium eſt an ſaltem iure canonico mulier adultera perdat dotem, qua in ſpecie videtur concludendum quòd ſic per text. qui hoc videtur exprimere in.c.plerumque, de donat.inter vir. & vxo. quo expreſſe cauetur, vt ſi mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ, aut propria voluntate, a viro receſſerit, nec reconciliata poſtea ſit eidem, dotem repetere non valeat, ex quo textu annotant omnes Doctor. vxorem, quæ a viro ſeparata eſt, propter adulterium dotem amittere.

Aduerte text.iſte ſi ſic intelligatur abrogat ius ciuile, quo iure vir non lucratur dotem, ſed ſeruantur pacta dotalia.d.§.adulteram in auten.vt nulli iudic.vt dixi, quæ abrogatio nó eſt inducenda, nec diſſonantia.c.i.de ope. no.nunciat.l.præcipimus in fi.C.de appellat, cum ſimil.

15 Ideò dico ego ꝙ text.ille vere intellectus, non probat cómunem ſententiam, non enim dicit, ꝙ vir lucretur doté, nec ꝙ mulier perdat dotem, ſed ꝙ nó repetit doté, vult dicere

quod interim, quia durat matrimoninm, mulier separata non repetit dotem, non quia eam amisserit, nec quia cedat lucro mariti, sed quia durat matrimonium, quo durante dos debet remanere penes maritum. l. mutus vbi glos. ff. de iure dot. Docto. in. l. si constante. ff. soluto matrimonio. & est casus specialis, in quo maritus non sustinet onera matrimonii, tamen fruitur dote, contra regulam, de qua in. l. vltima. in princip. ff. de dolo. exceptio. & l. insulam. §. vsuras. ff. soluto. matrimonio. & est ratio, quia culpa mulieris, onera non sustinentur, ideo vir retinet dotem, per regulam de qua in. d. l. mutus quæ alioqui non retineretur, si mulier sine culpa fuisset expulsa, vt per Bald. in rubr. C. de priuil. dot. & in. l. vltima. C. de senten. quæ sine cert. quantit & Alexand. in consi. 48. libr. quarto. & in. l. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo digestis, soluto. matrimonio retinebit igitur maritus hoc casu dotem, interim scilicet durante matrimonio, postea autem si per mortem mariti soluatur matrimonium mulier repetit dotem. l. secunda. ff. de pact. dot. quicquid dicat Roman. in. l. lucius col. 4. numer. 19. ff. soluto. matrimonio. nisi statuto, vel pacto aliter statutum fuerit. l. sed si alia. ff. de

bon. damna. & in.§.adulteram in fi. in auten. vt nulli iudic. & ex his puto optime deffendi posse mulierem adulteram, dote hodie non esse priuandam, & ita publice defendi, in Gymnasio Pisano, hoc enim fuit initium lectionum mearum, & biduo ante omnes breuiculo admonui, me conclusionem hanc defensurum, tamen cum auditæ fuissent rationes per me adductæ, aderant autem non solum scolares omnes, sed & professores, omnes, & collegæ mei, nemo ausus est contradicere, postea triduo aut quatriduo elapso, alter ex collegis, cum in anniuersariarum disputationum congressu, ex inueterata totius Italiæ consuetudine, & ex lege Pisani Gymnasii, aliquid contra communem doctorum sententiam proponere & defendere teneretur, decisionem super adulterio a me factam in controuersiam vocauit, & nulla responsione data ad rationes, & ad fundamenta per me facta, argumentis quibusdam communem sententiam defendendam proposuit.

16 Itaque dicebat primo, ꝙ si admitteretur sententia mea, corruerent multæ aliæ in ea materia cómuniter receptæ, quæ repugnant, quas tunc recensebat, argu. l. qui testam. ff. de testa.

S° considerabat collega meus, ꝙ in.c.plerũq; de donatio.inter vir.& vxo. adsunt illa verba ob causam fornicationis, quæ verba, sunt in procemio,seu in principio cõstitutionis, ideò præ se ferunt causam finalẽ.l.vlt.vbi Bar ff.ad macedo,bal.in proœm.Cod ĩ.§.quib.ĩ.p°.no. Apparet ex hoc ꝙ causa nõ repetendæ dotis, in casu illo,& quidẽ finalis,est fornicatio,seu adulteriũ,ergo immediate dos propter adulterium amittitur.

17 Tertio cõsiderabat in.d.c.plerũq; poni exceptionem,quãdo.s.mulier est recõciliata viro,quo casu repetit dotem,si fuerit recõciliata,ergo si non fuerit recõciliata,nõ repetit,& sic perdit dotem,nam recuperatio presupponit,ꝙ eã amiserat,quẽadmodũ enim priuatio præsupponit habitũ, ita habitus præsupponit priuationẽ.l.manumissiones,vbi Bal.ff de iur. & insti.de Liberti.in prin. & ibi Ang.not.

8 Hæc quãquã cõtra morem,& cõtra gymnasiasticam legem proposita, libenter audiui,si alia rursus in posterum proponentur, quæ cõclusioni meæ repugnare videantur, libentissi me sum auditurus,& daturus respõsum,quod attinet ad ea,de quibus nunc agitur, respõdi, & respondeo eis non obstantibus,conclusionem meam procedere,per rationes,& fundamenta a me antea adducta,quæ non repeto.

19 Ad primũ dico,me nõ esse admodũ anxium solicitũue, quid in aliis quæstionibus ab hac dependentibus statuerint Doct.ideò licet viduã ob stuprum dote esse mulctandã, exẽplo adulteræ vxoris crediderĩt multi,vt per Pau. Cast in cõs.147.lib.2.& in.l.sororẽ.C.de his quib.vt indig.& Ias.in.l.ii.nu.3.ff.sol.matri.late Marsil.in singul.416.tamẽ hæc,& alia similia exẽpla,me nõ deterrent,quia & hæ sententiæ falsæ sunt,nec eis standũ est, etiã disputando,quãdo depẽdet a veritate principalis quæstionis,de qua agitur,quia sublato fundamento,omnia corruunt.c.cũ paulus.i.q.i.

20 Non omitto circa hãc questionẽ viduæ, etiã retẽta cõmuni,ꝙ propter adulteriũ,dos amittatur,me,in.l.cũ mulier,nu.1306.ff.sol. matri. multis,magnisque rationibus deffendisse,viduam ob stuprũ dote mulctandã nõ esse, idq; crebrius receptũ esse,vt attestatur Bal.nouel. in tract.de dot.xiiii.mẽbro prin.in tertia parte,nu.13.& memini me, in.d.l.cũ mulier,nu. 1307.& .1308. infinitas coaceruasse magnorũ Doct.authorites,qui viduã a priuatione dotis defendunt, super quo non expedit laborare, quia ex supradictis defenditur, idem dico de similibus quæstionibus,a conclusione adulterii dependentibus.

21 Non obst.secundũ,de causa finali,quia in.d. c.plerũq; fornicatio fuit causa impulsiua,separationis,& tunc habet locũ id,ꝙ tradit Barb. in addi.ad Abb.in.c.post trãslationem,de renunt.vbi ait ꝙ causa,quæ ex proemio colligitur,non est finalis,quando ipsa sui natura impulsiua est,pro ut ibi fornicatio, causa est ad separandum Thorum, non autem fit separatio ad finem fornicationis, vt patet ad sensum.

Secũdo dico ꝙ fornicatio,in casu illo,est causa remota,nõ ꝓxima, vt patet ex ver.ob.quo significatur occasio doct.in rub.C.qui admit. l.si sine.§.qui patris.ff.rem rat.habe.l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto.matrimo.l.iii.ff.de distractio.pigno.

22 Tertio aduerte ꝙ in.d.c.plerũq; tex.dicit ꝙ nõ repetitur.i.nõ exigitur.l.sed addes.§.illud ff.locat.Bar.& alii in rub.ff.sol.matri.dum exponũt petatur.i.repetatur,tamẽ nõ dicit tex. ꝙ amittatur,& sic nõ curo,vtrũ fornicatio sit causa finalis nõ exigendi,sed curo quãto tempore duret ista prohibitio,seu interdictio exigendi, & dico durare tantũ, quamdiu durat matrimonium,soluto.matrimonio.poterit repeti.l.ii.ff.de pact. dotalib. intelligitur,enim cõstitutio stantibus rebus prout stant.l.vlti.in

princ. ff. ad municip. l. breui. C. de iure iuran. cum simil.

Non obst. tertiũ de recõciliatione, quia fa-
23 teor, ꝙ si mulier reconciliata viro fuerit, dotẽ repetere poterit, stantibus rebus prout stãt idest si vir pepercerit vxori adulteræ, & remiserit iniuriam, & illa steterit separata a viro, ꝓut ibi semper præsupponitur separata, hoc casu quia maritus nõ sustinet onera matrimonii, nec potest imputari vxori, cur diuerterit, nõ est æquũ ꝙ retineat dotẽ, ideò poterit repeti, etiã constante matrimonio, pro alimẽtis habendis, iuxta l. si filia. §. i. & l. si maritus. ff. famil. hærcis. & l. si is qui. §. i. ff. de iur. ido&. l. actione. §. vlt. ff. pro soc. Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. num. 7. ff. solut. matrimo. Fulg. cons. 75.

24 Respondeo ꝙ in d. c. plerũq; nõ potest sumi argumentũ a cõtrario sensu, quia ex hoc resultaret correctio iuris ciuilis, & tunc non sũmitur huiusmodi argumentũ, gl. in c. vnic. de etat. & qualit. ordi. lib. 6 gl. in c. significasti de foro comp. gl. in Cle. i. de senten. excomu. probat text. in l. ii. C. de condit. insert. facit glo. in c. cupientes. §. quod si per. xx. de elect. libr. vi. quæ dicit ꝙ per tacitos, & subauditos intellectus, non inducitur correctio legum,

qualis est intellectus a contrario sensu sumptus secundum glos.in.d.l.ii.C.de condit.insert.
Tertio præsupposito quòd fornicatio, nō sit causa finalis, cessat argumentum a contrario sensu,cano.in.c.post translationem de renuntiat.

25 Quarto dato quod fornicatio sit causa finalis, non est sola,nam subest etiam altera causa similis videlicet si spontanea voluntate mulieris,fiat separatio.d.c.plerumque & ibi Docto.tunc non sumitur argumentum a contrario sensu,quia licet vna causa cesset, remanet altera,ideò & dispositio remanet firma.§.affinitatis,&.§.socrum.instit.de nup.Bald.in.l.si non lex.ff.de hered.institu.& ex his puto sublata fundamenta in contrarium adducta, ꝙ si vel is,vel alius quispiam in posterum quicquam aliud,contra meam conclusionem deduxerit,semper ero paratus respondere puto enim eam adeo solida veritate subnixam, vt nullis sophisticorum hominum argumentationibus subuerti possit,& ideo hoc in praxi seruatum iri spero , per ea, qui tradit Abb.& Feli & Dec.in.c.i.de constitution. vbi dicūt, ꝙ opinio cōmuni repugnans,quæ melioribus est munita,in praxi seruanda est.

Cap.

CAP. II.

1 IN primis Scire oportet verbum edere in materia ista valde generale esse secundum Bal.in.l.i. in.vii.not.ff.de edend.ad quem te remitto, & ad l.i.§.edere & .§.eum.ff.de eden. & .l.si quis.§.edi. eo.tit.&.l.iii.§.exhibere.ff.de Tabul. exhib.&.l. ii.ff.ad exhiben.In summa hoc verum est in terminis nostris, illum edere qui aut dictat,aut exemplum tradit,aut copiam describendi aut inspiciendi facit, item & qui exhibet originale vt patet ex proxime allegatis legibus.

Secundo sciendum est ꝙ edere & exhibere differunt.vt tradit Bal.in.l.vlt.nu.14.C.de eden.Rip. tradit in.l.ii.col.2.eo.titu.qui.n.exhibet origin[...] le ipsum profert, ac penes se nihil retinet,&[...] testatem rei apprehendendo facit.l.ii.ff.a[...] ben.l.iii.§.exhibere.ff.de Tabul. exhi[...]

autem retinet penes se originale,secundum Bal. & Rip.in locis adductis.

2 ALibi scribit Bal. in.d.l.vlti. nu.5.eo. tit.paria esse edere & exhibere & restituere,& subiicit quod de editione loquitur text.illc in.d.l.vlti.de exhibitione autem loquitur text.in.l.iii.§.pen.ff. ad exhiben.de redditione loquitur tex.in.l.dissolute.C.de cond.sine caus.& .l.si chyrographú.ff. de probationi.&.l.labeo.ff.de pact.ita Bald.in.d. l.vltim.

3 TV dic quod verbum exhibere secundum terminos de quibus in.d.l.ii.ff.ad exhibend.&.l. iii.ff.de Tab. exhibe.valde differt ab editione de qua in hoc titulo tractatur, ita intellige tradita per Bal.in.d.l.vlt.nu.14.Ceterum in terminis materie nostræ exhibere est species editionis, & sic qui exhibet,edit,non tamen omnis qui edit, exhibet,& ideo sepe fit mentio in titulo isto de exhibitione, quasi de specie editionis,vt in hac.l.i.& l.ii.ĵ.eo.& in.l.iustum.&.l.vlti.ĵ.eo.& exhibere semper pro eo accipitur ꝙ est originale ipsum proferre, vt in locis adductis, & sic edere est genus, exhibere est species, & lex quando loquitur [illegible] exemplo, nunquā dicit exhiberi exemplum, si [illegible]duerteris,cum autem de originalibus eden[illegible]itur, sæpe exhibendi verbo vtitur vt in. [illegible]ĵ.eo.quod nota.

CAP. III.

1 SCire oportet edictum de edendo, esse permissoriũ, hoc est nemo cogitur edere, nisi qui expresse iubetur edere, Ideo valet argumentum nõ iubetur edere, ergo non tenetur.
Hanc regulam probat tex.in.l.i.§.edenda.in vers. non tamen.ff.de edend. vbi expresse ait lex, non esse compellendum quempiam edere instrumenta, quibus non est vsurus, ad idem facit id quod

ſcribit Bal.in.l.vlt.col.iii c.fin.tit.2..verſi.quinto C.de eden. vbi interminis noſtris, quod regula ad certos caſus limitata, in aliis caſibus intelligitur disponere cõtrarium,arg.l.maritus.C.de procur.&.l.cum pretor.ff.de iudic. &.l.ex ea.ff. de teſtamen.ſane regula negatiua ponitur hic.& in. d.l.vlt.vbi ſoc.nu.9.ergo regulariter nemo tenetur edere niſi is qui ſpecialiter iubetur edere.d. §.edenda.&.d.l.ii.ÿ.eod.

2 CAue tamen quia pretor iubet argentarios edere.l.argentarius in prin.de numulariis non loquitur tamen edictum illud etiam ad numularios extenditur.l.quedam.§.numuralios.ff.de eden.& ſic ſimiles argentariis compelluntur.edere,vt ſentit tex.in.d.l.argentarius, in verbo ab ſimiles, & Ideo doct.fatentur in hac materia procedi de ſimilibus ad ſimilia,& ita ſe habet communis opinio.

3 IGitur qua ratione dicimus edi librum rationũ eadem defendemus edenda eſſe inſtrumenta,cũ ratio diuerſitatis adduci non poſſit vt per Alexã. in.d.l.vlt. nu.iii.C.de edend.

4 TV dic quod inter argentarios & numularios eſt omnimoda ſimilitudo,ſeu potius æquiparatio, vt in.l.ſi quis hominẽ.§.quoties.ff.de poſiti cum.l.ſequen. & quodammodo differunt vt genus & ſpecies,vt patet ex his, quæ tradit Bud.in

annot.in Pande.in.d.l.si hominem, & quod inter eos sit omnimoda similitudo, patet ex.d.l.quædá. §.numularios, vbi æquiparatio huiusmodi fit tantum quo ad personas.

5 NOn idem dicam in scripturis, in quibus habemus regulam negatiuam, ꝙ nihil edendum est nisi quod lege non cauetur, vt in.l.i.§.edenda.ff. de edend.& in.l.ii.eo.titulo clarius in.l.si quis ex argentariis.§.rationem, &.§.seq.eo.titu.an autem instrumenta sint edẽda postea videbimus interim hec manda memorie que ad multa ad hanc materiam pertinentia plurimum conferunt.

6 EX his etiam intelliges non rectè loqui Mod. Bonon.in hoc loco. nu.72.& seq. & in.l.vlti. nu.24 qui contendunt in materia nostra de qua hoc in tractatu agitur.fieri oportere regulam affirmatiuam, scilicet ꝙ regulariter fieri debet editio, nam hec sua opinio noua est contra text.l.i.§. edenda.ff.de eden.& contra.l.ii.eo. titul.& contra cõmunem omnium sententiam, & contra tex. in.l.si quis.§.pretor.&.§.prohibet.eo.titulo.

7 NOn obstat ꝙ fere plures sunt casus in quibus edendum est quá hi quibus non est edendum, quos Mod. recensent. quia multi sunt casus, qui ad hunc tractatum non pertinent, ideo de illis nõ est habenda ratio.quia nihil interse cõmune habent.l.quædam.ff.de edend.nec recte possunt ap-

pellari limitationes seu exceptiones a regula, cũ non sint de genere regule.iuxta tradita per Dyn. in.l.Rub.de Reg.iur.lib.vi.Bar.in.l.in his.ff.de le gib.Dec.in.l.i nu.20.ff.de reg. iur.

8 Secundo respondeo in regulis constituendis spectari initium non autem numerum exceptionum quæ deinceps constituuntur sic videmus constitui regulam , quòd quicquid acquirit filius acquirit patri , quia sic iure veteri constitutum est, vt Institutionibus per quas perso. nobis.acquir.§.i.cũ simil.tamen si numerentur casus,quibus filius sibi acquirit ferè remanebit nuda regula in contrarium constituta. Ita in proposito sufficit ꝙ antiquo iure regulariter nõ esset edendum,nam ex eo regulam negatiuam cõstituẽmus, casus qui postea fuerunt excepti, quanticunque sint limitationum appellatione continebuntur, quicquid dicunt Mod.Erit igitur regula negatiua in materia ista neminem esse cogendum edere. nisi qui specialiter iussus fuerit edere, vt dixi, de qua re postea latius tractabitur,interim hoc menti teneas, quia ad multa proderit postea discutienda.

CAP. IIII.

1 ILlud non est omittendum, solere desiderari editionem variis ex causis, & ad varios fines seu effectus; de causis non loquar, de quibus loquitur tex. in. l. quedam. ff. de edẽ. & . l. iii. §. pen. ff. ad exhiben. & . l. si quæ. ff. famil. hercis. & . l. Pomponius eo. titu. & . l. i. ff. de tab. exhib. & . l. qui concubinã. §. cum ita. ff. de leg. primo, & . l. pen. §. vlt. ff. ad leg. falci. & . l. i. & . ii. ff. quemadmo. testam. aperi. & . l. i. §. edenda. ff. de eden. & in. l. vlt. §. eo. vbi doct. mul

tos casus commemorant, in quibus edendum est, & causas edendi recensent & comprobant, de his alias tractabitur, nūc pretermittam, quod attinet ad materiam de qua nunc agitur.

2 FInis ad quem, seu propter quem desideratur edi. duplex est, primus est, vt quis sese instruat seu vt de rei geste veritate informetur, de hac loquitur tex. in. l. i. in prin. ff. de edend. vbi idcirco editur, vt possit deliberare, an velit cedere, vel cō tendere, & si velit contendere, vt instructus veniat ad iudicium. d. l. i. in prin. l. argentarius. §. edi. eo. titul. ibi. quę ad instruendum aliquē pertinēt. inspiciatur, & desribatur, & propterea plerūque sufficit. dictare vel ostendere, seu inspiciendas, aut etiam describendas rationes dare. d. l. argentarius §. edi. aut etiam descriptas subscribere, quod fit etiam ab eo, qui nō exercet argentarium, sed possidet tantum. l. si quis. §. cogentur. eo. titu. l. quedā §. nihil. eo. titulo.

3 QVibus in locis & deplorati subscribunt, & quæ non sunt eiusdem professionis vt facile intelligamus ab huiusmodi personis fidem probationis non requiri, sed instructionem tantum, cum alioqui exempla huiusmodi fidem non faciant. l. procurator. ϛ. eo. & in authen. si quis in aliquo. & ibi Bart. & Doct. ϛ. eo. licet quo ad hāc subscriptionem in aliquo discrepent doct. de qua re

postea videbimus.

4 ACcedat ꝙ non ipsæ argentarius scribit exemplum, sed dat describendum. l. argentarius. §. edi. eo. tit. & in. l. i. §. edere ibi. copiam describendi facere. alioqui si descriptum velit, quis manu argentarii, sumptibus suis id petere debet l. pretor. in fi. ff. eo. titul. nisi aliquid possit imputari argentario. d. l. prætor. §. quod si, &. l. si quis. in prin. eo. titulo.

5 SEcundus est effectus, scilicet probationis habẽde causa, desiderantur. n. edi rationes, vt intentio postulantis fundetur. l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. vbi probatio pecuniarum, quas nummularii acceperunt, & errogauerunt per partes. eorum scripturis & codicibus continetur, & frequenter ad eorum fidem decurritur, & sic negari non posse videtur, quin codices & rationes huiusmodi, fidem faciãt, quod etiam probat tex. in. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. ibi rationes quibus causam suam tueri posset, & ibi aduersarius condemnatur quia metu non edidit rationes, quibus si non caruissem, potuissem vincere. quod quatenus procedat dicam postea.

6 IGitur duabus ex causis eduntur rationes, scilicet instructionis, seu informationis habendæ causa. Item probationis faciende gratia, & vtrumque exprimit tex. seu de vtroque est exemplum. in. l.

procurator.§ eo.vbi cum probatione opus est exhibentur originalia, cum vero queritur informatio eduntur exempla.

7 HAc ratione instructo edi non iubetur.d.l.si quis.§.exigitur.ff.de edend.nec ei qui potuit esse instructus.seu esse presumitur veluti argentario: illi.n.non est edendum.quia instrumento sue professionis, seu negotiationis, instructus esse potuit, & debuit.d.l.si quis.§.prohibet.ff.de edend. nec ei, cui semel fuit editum.d.l.si quis.§.vlti.nec negligenti.l.veluti.eo.titulo.

8 CVm itaque diximus interdum informationis habende gratia, desiderari, vt edatur, eueniet vt argumentum illud nõ sit valiturum, quo sæpe vtuntur Doct. hi cum volunt ostendere librum rationum, vel scripturam aliquam, quæ edi postulatur, fidem facere eo se tuētur clypeo. quia inquiunt, nisi fidem facerent, eorum editio frustra peteretur.

HOC Argumento vtitur Bar.in anten.si quis in aliquo in secunda, oppo.§ eo. Dico.n. plerū
9 que peti editionem fieri nõ vt edita fidem faciāt, & nihilominus non dicitur frustra postulari nec frustra edi. Petitur.n.vt dixi eā ob causam vt rei geste habeatur informatio, prout euenit quando exemplum editur, quod sine dubio non probat l. procurator.§.eo.in.l.si.quis in aliquo.§.eo.l.i.§.si

quis duobus de bon.poss.secundũ Tabulas, Idem est quando quis inspectione sola vel dictamine cõtẽtus est de quibus in.l.i.§.edere &.§ eum qui.ff. de eden.

10 HE causę considerantur parte eius qui edi sibi desiderat non.n.debet frustra petere nec sine causa petere,nec callumniari.l.si quis.§.Exigitur ff.de eden.oportet igitur vt postulet edi sibi. Ex causis,huiusmodi.Ita procedit tex.in.l.non est nouum.§.eo.ibi vt fides veri constare possit, & in.l. Iustum eod. titul.& in.l.siquis.§.prohibet.ff.de edend.

11 ALia pręterea exigitur causa in persona eius qui postulat editionẽ, vt scilicet rationes ad se pertineãt,Ita se habent verba pretoris in,l.pretor in princi.ff.de eden. ibi rationem quæ ad se pertinent,edant quo in loco Caue ne credas,iuberi edi rationes quæ pertinent ad ipsos argentarios sed ad se,Idest ad postulantes ipsos,Ita.n.accipiuntur illa verba ad se,& perinde est ac si dixisset pretor argentarii edant postulantibus rationẽ ad se pertinentem, hæc verba edicti ita explicantur in.l.quædam.§.cæterum.ff.de eden. vbi iuris consultus de prætoris edicto loquens omnibus inquit postulantibus rationes quæ ad se pertinent edi Iubet, ad quod tamen alii non aduertunt.

12 ADuerte præterea ne Credas oportere omnino edi concurrentibus supradictis, ea.n.desiderantur in persona eius, qui postulat, sed & ex aduerso, is a quo petitur talis esse debet qui teneatur edere & sic cessat, scrupulus qui male torquet doc.in.l.nō est, nouū.§.eo.dum anxie querunt an illa ratio vt fides veri cōstare possit vbiq; vigeat, faciat locum editioni, in quo misere se torquet Dec.nec inde se extricare potest.

13 DIc.igitur conditionem illam exigi in persona eius qui edi sibi desiderat sed si petatur ab eo qui non tenetur edere nihil proderit quod in petitore concurrant ea quæ lex exigit Igitur oportet etiam in persona eius a quo petitur editio sub esse conditiones a lege requisitas scilicet quod sit actor vel argentarius, vel similis de quibus.§.tractabitur, oportet etiam quæ edi petuntur ea esse quæ a prætore iubeātur edi alioqui si non iubeantur edi, nō erit edendū licet cetera interueniant vt innuit text.in.l.ii.ff.de eden. & in.l.si quis ex argentariis.§.prohibet eod.titu.& hæc memorie cōmenda; quia ad materiam hanc percipiendam maxime conferunt, & a ceteris minime fuerunt animaduersa.

CAP. V.

Edendum est his quorum interest, etiam sine mandato. *nu.1.*
Si modo.i.si tantummodo. *un.2.*

1 SCire etiam oportet, his quorum interest edendum esse.l.quædam.§.cæterum.ff.de edend.vbi ait lex.omnibus postulantibus & iurantibus nō calumniæ causa petere rationes, quæ ad se pertinēt, edi iubet, subiicit tex.& declarat, quæ dicātur ad se pertinere, & ait, ad nos pertinere, non tantum cum ipsi contraximus, vel successimus ei, qui contraxit, sed etiam si is, qui in nostra est potestate, contraxit. quibus ex verbis apparet, late patere hoc verbū. pertinere, & in eo comprehendi, eum cuius ex quocunque contractu interest, nec desiderari, vt cum interesse cōcurrat mandatum. hoc est ꝙ eius mandato tractata ratio fuerit. Doc. tamen in.l.i.ȷ̃.eo.cōmuniter tenent exigi. vtrūq;, & ꝙ mea intererit & ꝙ me mandante scripta fuerit ratio, per tex.in.l.si quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de edend.

2 QVi text. rectè intellectus nō probat, nam verbum si modo, quod in ea lege positū, est male torquet Doct. debet exponi.i.si tantūmodo, seu si dumtaxat, prout exponitur in.l.i.C.de testām.

milit.& aliàs sæpe sic accipitur apud latinos autores,& erit sensus, ꝙ ad nos dicitur pertinere, & per consequens nobis edendum est,etiam si tantum mandato nostro tractata fuerit ratio, & sic licet nullum aliud interesse pretendere posimus, nisi hoc solum,quod mandato nostro tractata fuerit ratio,erit nobis edendum,ex quo apparet sufficere alterutrum,vel mandatum solum,vel interesse solum,non autem oportere ꝙ vtrumque cócurrat,& ita teneas,de qua re,quia longiorem desiderat tractatum,difusius disseremus in.l.i.j.eo. hanc tamen decisionem nota,& memorie cómenda,quia multas magnasque difficultates in hac materia occurrentes tollere & elucidare poterit.

CAP. VI.

Plene edendum est. *nu.1.*
Et quomodo intelligatur plene edi. *nu.2.&.3.*

1 PReterea non est omittendum,quando editur, plene edendum esse,alioqui.n.instrui non potest is, cui non plene editum fuerit.l.veluti.ff.de eden.Ideo qui in totum nó edit.punitur.l.vbi.§.i.ff.de edend.& iterum cogitur edere.d.l.veluti. de quo est exemplum in.l.procurator.j.eod.

2 CVM itaque plene edi oporteat, a capite erit edenda ratio,l.argentarius.§.edi.ff.eo.& cum die & consule.l.i.§.rationes.eo.tit.præcipue autẽ edendus est dies,in quem collata est solutio,quia pars est cõtractus.d.l.i.§.diem.eo.titu.sed & dies quo scripta est ratio,alioqui non potest intelligi, & sic non potest nos instruere.d.l.argentarius.§. edi.cum enim ratio data & accepta contineat.l.si quis.§.rationem,eod.titu.non potest apparere de datis & acceptis, nisi edatur dies & consul.d.§. diem.

3 QVa in re animaduertendum est non oportere solam solutionis particulam,seu scripturam,edi.quia non dicitur tunc edi ratio,quando solutionis scriptura tantum editur, nulla.n.ratio incipit a nuda solutione,sed continet data, & accepta.d.l.siquis.§. rationem.&.§.sequ.ff.de eden. Ideo vtrumque edi.debet.nõ altera pars tantum, vt plene editũ dicatur,& a capite editũ,& vt sufficiat ad instruendum , & constitutum , si quod factum est edi debet,& cætera ad rationem , seu ad negotiationem pertinẽtia sunt edenda.d.l.si quis §.rationem,&.§.seq.& plerumque cautiones & chirographa , & instrumenta ad negotiationem, seu ad rationem pertinentia edi debent.l.cum seruus in fi.ff.de conditi.& demõstr.quæ vero extra rationem sunt minime edi debent.d.l.si quis.§.

rationem sunt minime edi debent.d.l.si quis.§.rationem quod nota, quia te hoc memorie mandasse non penitebit.

CAP. VII.

Rationes argentariorum non semper probant.nu.i.
Maxime.i.sepißime, seu vt plurimum. nu.i.
L.quadam.§.numularios.ff.de eden. quomodo procedat. nu.i.
Solennis scriptura rationum fidem facit. nu.2
Alius similitudinem implicat. nu 3.
Liber rationum sine subscriptione partiū aut testium non probat etiam ab argentario factus. nu.4.
Instrumenta rationum fidem faciunt. nu.4.

SCire etiam oportet quod licet rationes Argen
1 tariorum plerumque probent.l.quedam.§.numularios.ff.de.eden.l.argentarius.§.vlti. eo.titu. tamen non semper probant, vt tacite innuit text. in.d.§.numularios, in versi.maxime, non enim dicit simpliciter, quod rerum gestarum probatio continetur, sed maxime continetur.i.vt plurimū seu sepissime, ita accipiendum esse docet calep. in lexico, in verbo maxime, & apud cicer.libr.de senet.84.b. ibi causarum illustrium quisque defendi, nunc quam maxime conficio orationes, præterea

præterea textus in.d.§.numularios,non dicit co dicem probare,sed in codicibus probationẽ cõtineri,vt intelligamus nõ ipsos codices probare, sed cõtenta in eis, putà chirographa,cautiones, subscriptiones,& alia huiusmodi,quæ fidem solent facere.l.plures &.l.comparationes.C.de fide instrumentorum.l.Chirographis.ff.de administ.tuto.

8 Eueniet ex hoc,vt non omnis scriptura rationum fidẽ faciat,sed ea quæ solennis facta fuerit, & hoc mihi probat tex.ĩ.d.l.qui tabulas,vbi pro ponit tabulas,& sic rationes fuisse sublatas,tamẽ quãdo ait duplandã summã cõtentam in tabulis, se restringit ad cautiones, & ad chirographa, & sic nõ dicit duplandã esse summã descriptã in libro suo,sed contentam in chirographis,tunc.n. interest eius qui furtum passus est, quòd amisserit chirographa, sed si solũ librũ rationum manu sua scriptum amiserit, nihil sua interest,quo ad sũmas in eo descriptas,vt sentit ille tex. Ideò non duplatur summa sed illa tantum quæ in apochis,& chirographis ad rationem pertinẽtibus, scripta est.

3 Et hoc idẽ sentit tex.in.d.l.argentarius.§.pen. ff.de eden.ibi,aut aliis instrumentis,quibus verbis significatur, quod etiã rationes, quas noluit edere argentarius,erant instrumenta,putà chirographa,vel apocha.Ex quibus potui vincere, nã

verb.alius,implicat similitudinem, Bar.in.l.sed. & reprobari,in prin.col.i.prope fin.ff.de excus. tut.not.in.l.argento.§.margaritam.ff.de auro.& arg.leg.Bal.in.l.si fugit.col.vlti.C.de ser.fugit. apparet igitur ex d.l.argentarius,rationes ipsas quæ petebantur, fuisse instrumenta, & quidem probantia, quæ rationis nomine possu abantur. Ita etiam procedit text.in.l.vlt.ff.de bon.auth.

4 iud.posid. vbi ne corrumpantur rationes permittitur ꝙ fiat inuentarium instrumentorũ quot sint,& de qua re sint,dicam igitur ꝙ liber rationum non probat,sed instruit,& hic datur respiciendus,& exemplandus pro instructione. Instrumenta pertinentia ad rationem,quæ sæpissime rationis appellatione continentur,fidem faciunt,& ita concordantur iura denique quã fidẽ facerent rationes argentariorum vide inf.lib.2. cap.8.

C A P. V I I I.

Ratio.i.liber rationum. nu.1.
Ratio.i.negotiatio quæ multa comprehendit. nu.2.
Et sic non solum librum,sed & cautiones et instrumenta,& alia huiusmodi. nu.2.& 3.
Vsus communis loquendi attendendus. nu.2.
Rationalia.i.instrumenta. nu.3.
Rationalis.i.procurator cesaris. nu.4.
Procurator rei priuate iudex est. nu.5.
Instrumenta in rationibus continentur. nu.5.

1 SCire etiã oportet quod ratio accipitur pro libro rationum, vt.l.i.§.officio, & ibi gl.ff.de tutel.& ration. distrahen. in verbo rationes, & ita secũdum Doct.accipitur hic, & in.l.vlt.j eo. Ita accipitur in.l.rationes.C.de probatio.vbi rationes defuncti accipimus pro libro rarionũ, seu pro scripturis per defunctum factis, ex causa administrationis rerum suarum, & hi fidem nõ faciunt pro eo.d.l.rationes.

2 Item accipitur pro negociatione, seu pro scriptura comprehendente totam, & vniuersam negotiationem.l.si quis.§.rationem.ff. de edend. Quæ constat non ex solo libro, sed ex contractibus, & cautionibus, ac singraphis, & instrumentis, ad dictam negotiationem pertinentibus d.§. rationem.& in.l.cum seruus in fin.ff.de condit. & demonstra. l. vltim.§.i.ff.de appellationibus, sic hodie vulgo appellatur ratio saluiatorum,

ratio grimaldorum, ratio lumellinorum, quo nomine significatur tota negotiatio eorum vbique terrarum exercitata, seu confecta, & ita vulgo loquimur, qui vsus loquendi non est contemnendus, juxta tradita per Bar, & Doct. in rub. ff. de ope. no. nuntias.

3 Ita accipitur hoc in loco, & in. l. vlti. primo responso, & in vers. an vero. ÿ. eo. quo sensu admisso cessat omnis scrupulus, ita accipitur in rub. ff. de tutel. ratio. distrahen. nō. n. distrahitur liber, sed distrahitur negotiatio, ideò rationalia appellantur instrumenta, & scripturæ pertinentes ad negotiationem. d. l. i. §. de seruis & in. l. ii. C. de discussoribus. libr. x. vbi securitates, idest cautiones continentur publicis ratiociniis.

4 Ideò rationalis dicitur procurator Cesaris. l. ii. C. ne fil. pro patr. non quia præsit soli libro rationum, sed quia præest ratiociniis, & administrationi patrimonii principis, & propterea appellatur rationalis rei priuate. l. vniuersi. C. de fund. rei priuat. libr. xi. qui habet curam administrationis totius patrimonii Cesaris, & in. l. procurator. ÿ. eo. appellatur procurator rei priuate, id est administrationis rei priuate, seu patrimonii principis, vt intelligas: non ex solo rationum libro, sed ex administratione ipsa, & negotiationis cura, rationalem appellari.

5 Et propterea procurator rei priuate, recte con

ſtitutus eſt iudex, ad edenda inſtrumenta quæ quis habet cõmunia cum fiſco.d.l.procurator.§. eo. vt intelligamus, in rationibus contineri inſtrumenta pertinentia ad rationem,ſeu ad adminiſtrationem rei priuate, ſeu negotiationem.

6 Ideò reddere rationem non dicitur,qui reddit librum,ſed qui exhibet omnes ſcripturas ad rationem pertinentes,& facit computa,& reliqua ſoluit.d.l.cum ſeruus, in fi.ff.de condit. & demonſtra.

7 Sic cum iubet prætor vt argentarii edant rationes.l.prætor.in prin.ff.de eden.non vult dicere, quod ſolum rationum librum edant, ſed quod inſtrumẽta,& cautiones,& alia ad rationem ſeu ad negotiationem pertinentia, edant.d.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem, &.§.ſequenti.ff.de edend.l.vlt.§.i.ff.de appella.

8 Differunt igitur rationes, & inſtrumenta tanquam genus,& ſpecies,inſtrumentũ eſt genus, ratio eſt ſpecies, & in hoc concordant omnes, ita accipitur inſtrumentum in.l.vlti.verſ.quãdo infra eo.& ceſſant ambages.

9 Interdum differunt tanquã ſpecies diuerſe, vt per gl.in rub.ſupra eo.& tunc inſtrumentum in ſpecie ſumptum,nõ comprehendit rationes, poteſt tamen inſtrumentum in ſpecie ſumptum cõtineri in rationibus,vt in.l.cũ ſeruus in fi.de cõditio,& demonſt.& tunc non quaſi ſpecies ſub-

genere,sed quasi pars sub toto,seu quasi aliquid pertinens ad rationes cõtinetur.l.si quis.§.rationem,&.§.sequ.ff.de eden.& tunc non omnia instrumenta cõtinebuntur,sed ea tantum, quæ ad rationem pertinent.d.§.rationem , quæ omnia nota,quia ex his intelliges quomodo accipi debeat text.iste noster,& tex.in.d.l.vlt.ſ.eod.Item intelliges an instrumenta edi ab eo debeant,qui iubetur rationes edere , quæ est alta,quæstio,& de qua postea tractabitur.in.l.i.ſ.eod.lib.iii.cap. xii.&.xiii.

C A P. I X.

Argentariorum officium an sit publicum? quod sic. *nu.1.*
Immò contra. *nu.2.*
Serui sunt incapaces ciuilium munerum. *nu.3.*
Tamen possunt esse argentarii. *nu.3.*
Lex quædam.§.nummularios.ff.de eden.quomodo procedat. *nu.6.*
Causa,idest vtilitas. *nu 8.*
Lex si ventri.§.in bonis.ff.de pri. credito.quo modo procedat. *nu.9.*

1 PRæterea scire,oportet argentariorum officiũ fuisse publicũ,& ita tenent cõmuniter doctores.pro hac opinione cómuni facit textus.in.l.

argentarius ff.de eden.in prin.vbi dicitur quod eorum officium publicam habet causam.
Secundo probatur in.l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.credit.ibi.fidem publicam secuti, loquitur enim de eo,qui deposuit penes mensulariũ, & dicit eum fuisse secutum publicam fidem.
Tertio probatur in.l.prætor ait.§.i.ff.de edend. ibi singulorum rationes conficiant, & sic quasi notarii conficiunt instrumenta singulorum.

2 His non obstantibus arbitror contrarium esse verius scilicet argentarios non habuisse publicum officium.
Primo.l.non cauetur, ergo hæc non admittam. l.illam.C.de collatio.

3 Secundo serui sunt in capaces ciuilium, & publicorum mumerũ.l.ii.ff.de reg.iur.l.quod attinet.ff.eo.titu.l.cum prætor.§.pen.ff de iudi.tamen capax est huiusce ministerii seu negotiatio nis.l.prætor.§.non & si seruus.ff.de edend.ergo munus huiusmodi non est publicum.
Tertio seruus potest habere argentariam peculiarem.& sic de peculio domini.d.l.prætor.§.si seruus,& credendum est hoc ad publicam curã non pertinuisse,vt scilicet peculio priuati ciuis quisquam publica authoritate præficeretur.
Quarto argentarii,seu argenti distractores aliis negotiatoribus priuatis cõparantur.l.pen.in fi. C.de consti.pecun.& in autent.de fideiuss.in fi.

4 Quinto probat textus in princi.ff. de eden. ibi actus sui rationes conficiũt quib. verbis facile intelligemus eos nõ publicas, sed priuatas, ad suos actus pertinentes rationes facere consueuisse. Sexto facit textus in.l. si hominem.§. quoties.ff. deposit. vbi apparet eos solitos exercere negotiationem, vel solos, vel cũ aliis, ex pecuniis priuatorum.

Septimo glos. hoc sentit in.d.l. argentarius.

5 Octauo authoritas illis atributa nõ ex publico decreto proficiscebatur, sed ex frequenti vsu compertum est in eorum rationibus verum contineri, & hoc propter diligentiam eorũ qui diligenter cõficiebant rationes.l. argẽtarius in prin. ff. de eden. Ita vt ex eis fides & probatio resultaret, de qua in.l. quædam.§. nummularios.ff. de edend. & dicam inf. lib. 3. cap. x.

6 Et aduertatur quod non dicit text. in.d.§. nummularios, quòd eorum scripturis daretur fides publico decreto, sed quod probatio rerum ab eis gestarum, eorum codicibus continetur. i. ita sunt omnia cum magna diligentia gesta, vt eorũ probatio reperiatur in suis rationibus, habent.n. in omni negotio paratas cautiones, & chirographa; cũ suscriptionibus oportunis, vt recte dici possit, quod eorũ scriptura, & codicibus probatio rerum ab ipsis gestarum continetur, & ob id cepit ad eorũ rationes concurrere populus. d.§.

numullarios.

7 Et ob id cœptum est esse necessarium eorum officium.l.quod priuilegium.ff.deposit.& publi cæ vtile haberi cœptum est.d.l.priuilegium, in verbo vtilitate publica.de qua vtilitate etiam lo quitur text.in.l.pen.in fi.C.de consti.pecun.& in.§.vlti.in auten.de fideiusso.

8 Non obst.tex.in.d.l.argẽtarius in prin.in verb. causam publicã quia debet exponi causam.i.vtilitatem,iuncta.d.l.ꝙ priuilegium, & sic officium illud habet vtilitatem publicam, est igitur publicũ vtilitate,nõ authoritate,quicquid dicãt doct.

9 Ita accipitur verb.causa in rub.ff.de vsur.&fructibus & causis, & in rub.C.de partu. pignο.& omni ex caus.quibus in locis ponitur causa pro vtilitate,&.l.vulgo.ff.de vsur.& in.l.siquis sta.§. i.ff.de stat.lib. in proposito nostro sic accipi debere,suadet tex.in.l.quod priuilegium,in verbo publica vtilitate.ff.deposit.& sic sensus est quod officium argentariorum habet publicã causam, idest publicam vtilitatẽ,quæ publica vtilitas ostẽdetur.Ex.d.l.ꝙ priuilegium,&.d.l.pen.C.de cõsti.pecun.& in.d.autentic.de fideiusso.

10 Non obst.tex.in.d.l.si ventri.ff.de priuileg.credit; in verb. fidem publicam secuti, quia loquitur de his,qui concurrerunt ad deponendũ pecunias penes argentarios, cum viderent publice eos haberi pro viris probis, & locupletibus

hi dicuntur secuti fidem publicam.i.Populicam caue autẽ ne credas,quòd publico decreto illis data fuisset fides,nã hoc nihil habet cõmune cũ priuilegio,deponẽti indulto,illa fuisset bona ratio,si negatum fuisset depositum, & ageretur de eo probãdo per scripturam argentarii, rectè potest dici,ei succurri, qui fidem publicã secutus, sine alia cautione deposuit.

10 Cæterum eo in casu de deposito cõstabat, quærebatur an deponens,cæteris in aliquo esset preferendus,& dicit quod sic, duobus concurentibus,& quod iste cõtractus sit depositũ, & quod ille argentarius,vulgo haberetur probus, & locuplex.

11 Ita loquitur ille textus a doctoribus male intellectus,quicquid dicant Mod.in.d.l. eandem nu. 144.ff.de duobus reis.

12 Et ex his concludo officium argentariorum non fuisse publicam authoritate,cõstitutum,sed omnino priuatum fuisse qui tamen ita diligẽter conficiebant rationes suas,vt ex eis multa ressultaret vtilitas confluentibus ad eos, quicquid dicunt doct.qui comuniter tenent contrarium.

13 Mod.ferra in.l. eandem,num. 144. ff. de duobus reis,conantur ostendere differentiam esse, quod officium sit publicum,&quod officialis sit publico decreto,seu publica authoritate cõstitutus,seu præfectus,sed hoc ridiculũ est, nõ enim

potest negari, quin officium, quod indiget publica electione, sit publicũ authoritate, de qua re paulo infra tractaturus sum, & ad omnia respondebo, quæ Mod. adducunt in d. l. eandem. nu. 144. Non omitto etiam nõ defuisse quosdã qui etiam sponsione facta affirmauerint hanc opinionem nõ esse cõmunem, quibus vt errore eximantur, adducam nõnullas authoritates, ex quibus apparebit eam esse cõmuniter receptam, nõ vt probẽ sententiam quæ mihi displicet, sed vt ostendam eam esse frequentiori suffragio receptam, & discant isti, temere, sponsiones non esse faciendas.

CAP. X.

Argentarii notariorum vice fungebantur. nu. 1.
Notarii eodem iure censentur quo argentarii. num. 1. & 2.
Immo multæ sunt differentiæ inter notarium & argentarium nu. 3.
Argentarium priuatum habet officium nu. 4.
Conficit rationes. nu. 5.
Quæ aliquam fidem faciunt pro se. nu. 6.
Argentarii gratis edunt. nu. 8.
Notarii mercedem habere debent. nu. 8.
Notarii officium publicum. nu. 4.
Liber rationum priuati non facit fidem pro se. nu. 7.

1 SCire etiã oportet secũdũ Bal. in.l.pretor in primo comẽtario.ff.de edẽ.ꝙ olim nõ erãt Tabeliones qui publica cõficerẽt documẽta,sed eorũ vice fũgebãtur argẽtarii,& numularii,ad quorum fidem, publice, & passim ex consuetudine recurebatur, hodie.cum in desuetudinẽ abierit argentariorum officia,vtimur Tabellionum opera.Ex hoc euenit vt quicquid de argentariis scriptum cautumque reperitur,ad tabelliones pertinere dicamus, secundum glo.in.d.l.prætor,& in.d.l.quædã.§.numularios.ff.de eden.& ita rei veritas se habet,secundum Bal.in.d.l.prætor,& ibi Iaso.qui addit librum argentariorum plenam fidem facere.

2 Et quia hoc tempore non extant argẽtarii,edictum hoc quod de argentariis loquitur de tabellionibus locum sibi vendicabit, & in aliis, quorum scripturis, consuetudine introductũ est, vt fides adhibeatur,vt scribit Bal.in.d.l.prætor in secundo cõmentario,& ibi Ias.nu.1.subiicit Ias. nu.2.in.d.l.prætor. Et in hoc cõueniunt doctores,qui passim æquiparant notarium argentario.

3 Mihi inter hos magna videtur differentia, in primis Tabellio conficit instrumenta,seu publica documenta,vt habetur per docto.in.l.ii.§.eo. & in.c.g.perpetuus,de fide instrumen. Argentarii faciunt rationes.Item argentarius de proprio negotio scripturã facit,d.l.argẽtarius in verbo

actus.notarius de alieno facto.

Item Tabellio publicum habet officium.l.generaliter.C.de tabul.lib.x.argentarius habet priuatum.d.l.argentarius, in verbo actus. & licet in hoc Docto.cõmuniter cõtrarium teneant, tamẽ paulo infra perspicuis argumentis,demonstrabo & deffendam officium argentarii non esse publicum,

Item secundum docto.notariorum instrumenta ipsis nihil prosunt.l.de eo.&.l.diuus.ff.de fal. Bal.in.cõsi.43.lib.i.Bar.in.l.ii.ff.de stipul.seruo. Fel.&.Dec.in.c.quoniã contra de probat.

6 Argentariorum rationes etiam pro ipsis fidem faciunt.l.si quis.§.prohibet ibi instructus esse potuit instrumento sue professionis.ff.de eden. ꝙ qualiter procedat postea ostendam. Nam docto. tenent simpliciter quod rationes nõ faciunt fidem pro scribente.l.exemplo. &.l.instrumenta C.de fide instrumen.

7 Si tamen defensum fuerit argentariorum officium non fuisse publicum, res faciliorem habebit exitũ non admittunt docto.quod liber rationum alicuius prepositi negotiationi,seu administratoris,in aliquibus fidem faciat pro se,Bal.hic prope fin.& Dec.in.ii.not,& viçomerca.& Cur. Mod.a Sauil.in tractatu de antiqu.temp.libr.i.§. quarto limitatur nu.24.cum mult.sequenti.

8 Item argẽtarii gratis edunt,notarii mercede di

gni sunt Bar.in.l,argentarius in prin.ff.de eden. in summa hoc verum est plurimum differre tabelliones ab argentariis,ideò non semper admit tam vt quod in vno obseruatur,id in alio locum habeat.

CAP. XI.

Argentarii qui sint secundum glo.nu.& Doct. nu.1.2.& .3.& .4.5.
Numularii qui sint. *nu.6.*
Argentoriorum officium publicum est.nu.6.
immo contra. *nu.6.*
Argentarii & numularii sunt idem. *nu.4.*
Immo contra.nu.7.equiparantur tamen. ibidem.
Argentarii tabernas in foro habebant. *nu.8.*
Monetam non fabricabant.nu.9.licet aliqui contra. *num.2.*
Rationes conficiebant. *nu 10.*
Et quidem diligenter. *nu.11.*
Argentariorum vsus necessarius, & publice vtilis. *nu.12.*
Argentarii negotiationẽ quidẽ exercerent.nu.13 & 14 & .15.
Argentum,idest pecunia. *nu. 7.*

1 Item scire oportet nõ satis liquere, qui quales ve essent argẽtarii,& numularii,siue mẽsularii

ideò varii de his varia sunt cõmenti gl.in auten. de fideiussor.§.vlti.argentarios fuisse scribit eos qui publica authoritate præficiebantur argento dando, & recipiendo ad quorum fidem recurrebatur.

2 Idem in numulariis obseruatum fuisse scribit, ꝙ scilicet alienas pecunias publica authoritate tenebant ita gl.in.d.§.vlt.aliter scribit gl.i.in.l. prætor de eden.Bar.in.l.quædam.§.numularios eo.titul.scribit argentarios eos fuisse, qui pecuniam argenteã tantũ tractabant, numularii autẽ omne genus monete,idem tradit ibi Ang.& Ias. in.l.prætor in prin.nu.2.eo.titu.qui addit argentarios pecuniam credere cõsueuisse,ꝙ numulariis non licebat,& hæc eadẽ ex Iaco.but.& Alb. percipi possunt ĩ.d.l.prætor,Plautus in Cucur. argentarios vulgo campsores seu trapezitas appellari dicit,& vtrumque pro eodem accipit,vt Bude.in annotatio,in pandectas scribit.

3 Alciat.in.l.boues.§.vlt.ff.de verb.signifi.ait argentarios solitos esse habere tabernas in foro,& priuatorum pecunias sub fenore locare,& quod eligebantur magne fidei homines,& eorum codicibus fides dabatur.

4 Idem repetit. Alciat.in primo parerg.libr.cap. 24.amplius scribit Alciat. in.d.l.boues, ꝙ fides argentariorũ erat publice approbata,& hoc loco ait publicũ fuisse eorũ officiũ,Bude.in anno.

ratio grimaldorum, ratio lumellinorum, quo nomine significatur tota negotiatio eorum vbique terrarum exercitata, seu confecta, & ita vulgo loquimur, qui vsus loquendi non est contemnendus, iuxta tradita per Bar, & Doct. in rub. ff. de ope. no. nuntias,

3 Ita accipitur hoc in loco, & in.l.vlti.primo responso, & in vers. an vero.§.eo. quo sensu admisso cessat omnis scrupulus, ita accipitur in rub. ff. de tutel. ratio. distrahen. nõ.n. distrahitur liber, sed distrahitur negotiatio, ideò rationalia appellantur instrumenta, & scripturæ pertinentes ad negotiationem. d.l.i.§.de seruis & in.l.ii.C.de discussoribus.libr.x.vbi securitates, idest cautiones continentur publicis ratiociniis.

4 Ideò rationalis dicitur procurator Cesaris.l.ii. C.ne fil.pro patr. non quia præsit soli libro rationum, sed quia præest ratiociniis, & administrationi patrimonii principis, & propterea appellatur rationalis rei priuate.l.vniuersi.C.de fund.rei priuat.libr.xi.qui habet curam administrationis totius patrimonii Cesaris, & in.l.procurator.§.eo. appellatur procurator rei priuate, id est administrationis rei priuate, seu patrimonii principis, vt intelligas: non ex solo rationum libro, sed ex administratione ipsa, & negotiationis cura, rationalem appellari.

5 Et propterea procurator rei priuate, recte con

ſtitutus eſt iudex, ad edenda inſtrumenta quæ quis habet cōmunia cum fiſco.d.l.procurator.§. eo. vt intelligamus, in rationibus contineri inſtrumenta pertinentia ad rationem, ſeu ad adminiſtrationem rei priuatę, ſeu negotiationem.

6 Ideò reddere rationem non dicitur, qui reddit librum, ſed qui exhibet omnes ſcripturas ad rationem pertinentes, & facit computa, & reliqua ſoluit.d.l.cum ſeruus, in fi.ff.de condit. & demonſtra.

7 Sic cum iubet prætor vt argentarii edant rationes.l.prætor.in prin.ff.de eden.non vult dicere, quod ſolum rationum librum edant, ſed quod inſtrumēta, & cautiones, & alia ad rationem ſeu ad negotiationem pertinentia, edant.d.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem, &.§.ſequenti.ff.de edend.l.vlt.§.i.ff.de appella.

8 Differunt igitur rationes, & inſtrumenta tanquam genus, & ſpecies, inſtrumentum eſt genus, ratio eſt ſpecies, & in hoc concordant omnes, ita accipitur inſtrumeutum in.l.vlti.verſ.quādo infra eo.& ceſſant ambages.

9 Interdum differunt tanquā ſpecies diuerſe, vt per gl.in rub.ſupra eo.& tunc inſtrumentum in ſpecie ſumptum, nō comprehendit rationes, poteſt tamen inſtrumentum in ſpecie ſumptum cō tineri in rationibus, vt in.l.cū ſeruus in fi.de cōditio, & demonſt.& tunc non quaſi ſpecies ſub-

genere, sed quasi pars sub toto, seu quasi aliquid pertinens ad rationes cõtinetur.l.si quis.§.rationem,&.§.sequ.ff.de eden.& tunc non omnia instrumenta cõtinebuntur, sed ea tantum, quæ ad rationem pertinent.d.§.rationem, quæ omnia nota, quia ex his intelliges quomodo accipi debeat text.iste noster,& tex.in.d.l.vlt.j.eod.Item intelliges an instrumenta edi ab eo debeant, qui iubetur rationes edere, quæ est alta, quæstio,& de qua postea tractabitur.in.l.i.j.eod.lib.iii.cap.xii.&.xiii.

CAP. IX.

Argentariorum officium an sit publicum? quod sic. *nu.1.*
Immò contra. *nu.2.*
Serui sunt incapaces ciuilium munerum. *nu.3.*
Tamen possunt esse argentarii. *nu.3.*
Lex quædam.§.nummularios.ff.de eden.quomodo procedat. *nu.6.*
Causa, idest vtilitas. *nu 8.*
Lex si ventri.§.in bonis.ff.de pri. credito.quo modo procedat. *nu.9.*

1 PRæterea scire, oportet argentariorum officiũ fuisse publicũ,& ita tenent cõmuniter doctores.pro hac opinione cómuni facit textus.in.l.

argentarius ff. de eden. in prin. vbi dicitur quod eorum officium publicam habet causam.
Secundo probatur in. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuil. credit. ibi. fidem publicam secuti, loquitur enim de eo, qui deposuit penes mensulariũ, & dicit eum fuisse secutum publicam fidem.
Tertio probatur in. l. prætor ait. §. i. ff. de edend. ibi singulorum rationes conficiant, & sic quasi notarii conficiunt instrumenta singulorum.

His non obstantibus arbitror contrarium esse verius scilicet argentarios non habuisse publicum officium.
Primo. l. non cauetur, ergo hæc non admittam. l. illam. C. de collatio.
Secundo serui sunt in capaces ciuilium, & publicorum mumerũ. l. ii. ff. de reg. iur. l. quod attinet. ff. eo. titu. l. cum prætor. §. pen. ff de iudi. tamen capax est huiusce ministerii seu negotiatio nis. l. prætor. §. non & si seruus. ff. de edend. ergo munus huiusmodi non est publicum.
Tertio seruus potest habere argentariam peculiarem, & sic de peculio domini. d. l. prætor. §. si seruus, & credendum est hoc ad publicam curã non pertinuisse, vt scilicet peculio priuati ciuis quisquam publica authoritate præficeretur.
Quarto argentarii, seu argenti distractores aliis negotiatoribus priuatis cõparantnr. l. pen. in fi. C. de consti. pecun. & in autent. de fideiuss. in fi.

4 Quinto probat textus in princi.ff. de eden. ibi actus sui rationes conficiũt quib.verbis facile intelligemus eos nõ publicas, sed priuatas, ad suos actus pertinentes rationes facere consueuisse. Sexto facit textus in.l. si hominem.§. quoties.ff. deposit. vbi apparet eos solitos exercere negotiationem, vel solos, vel cũ aliis, ex pecuniis priuatorum.

Septimo glos. hoc sentit in.d.l.argentarius.

5 Octauo authoritas illis atributa nõ ex publico decreto proficiscebatur, sed ex frequenti vsu compertum est in eorum rationibus verum contineri, & hoc propter diligentiam eorũ qui diligenter cõficiebant rationes.l.argẽtarius in prin. ff.de eden. Ita vt ex eis fides & probatio resultaret, de qua in.l.quædam.§.nummularios.ff. de edend. & dicam inf.lib.3.cap.x.

6 Et aduertatur quod non dicit text.in.d.§.nummularios, quòd eorum scripturis daretur fides publico decreto, sed quod probatio rerum ab eis gestarum, eorum codicibus continetur.i.ita sunt omnia cum magna diligentia gesta, vt eorũ probatio reperiatur in suis rationibus, habent.n. in omni negotio paratas cautiones, & chirographa, cũ suscriptionibus oportunis, vt recte dici possit, quod eorũ scriptura, & codicibus probatio rerum ab ipsis gestarum continetur, & ob id cepit ad eorũ rationes concurrere populus.d.§.

numullarios.

7 Et ob id cœptum est esse necessarium eorum officium.l.quod priuilegium.ff.deposit.& publicæ vtile haberi cœptum est.d.l.priuilegium, in verbo vtilitate publica.de qua vtilitate etiam loquitur text.in.l.pen.in fi.C.de consti.pecun.& in.§.vlti.in auten.de fideiusso.

8 Non obst.tex.in.d.l.argẽtarius in prin.in verb. causam publicã quia debet exponi causam.i.vtilitatem,iuncta.d.l.ꝙ priuilegium, & sic officium illud habet vtilitatem publicam, est igitur publicũ vtilitate,nõ authoritate,quicquid dicãt doct.

9 Ita accipitur verb.causa in rub.ff.de vsur.& fructibus & causis, & in rub.C.de partu. pigno.& omni ex caus.quibus in locis ponitur causa pro vtilitate,&.l.vulgo.ff.de vsur.& in.l.siquis sta.§. i.ff.de stat.lib. in proposito nostro sic accipi debere,suadet tex.in.l.quod priuilegium,in verbo publica vtilitate.ff.deposit.& sic sensus est quod officium argentariorum habet publicã causam, idest publicam vtilitatẽ,quæ publica vtilitas ostẽdetur. Ex.d.l.ꝙ priuilegium,&.d.l.pen.C.de cõsti.pecun.& in.d.autentic.de fideiusso.

10 Non obst.tex.in.d.l.si ventri.ff.de priuileg.credit; in verb. fidem publicam secuti, quia loquitur de his,qui concurrerunt ad deponendũ pecunias penes argentarios, cum viderent publice eos haberi pro viris probis, & locupletibus

hi dicuntur ſecuti fidem publicam.i.Populicam caue autẽ ne credas,quòd publico decreto illis data fuiſſet fides,nã hoc nihil habet cõmune cũ priuilegio,deponẽti indulto,illa fuiſſet bona ratio,ſi negatum fuiſſet depoſitum, & ageretur de eo probãdo per ſcripturam argentarii, rectè poteſt dici,ei ſuccurri, qui fidem publicã ſecutus, ſine alia cautione depoſuit.

10 Cæterum eo in caſu de depoſito cõſtabat, quærebatur an deponens,cæteris in aliquo eſſet preferendus,& dicit quod ſic, duobus concurentibus,& quod iſte cõtractus ſit depoſitũ, & quod ille argentarius,vulgo haberetur probus, & locuplex.

11 Ita loquitur ille textus a doctoribus male intellectus,quicquid dicant Mod.in.d.l. eandem nu. 144.ff.de duobus reis.

12 Et ex his concludo officium argentariorum non fuiſſe publicam authoritate,cõſtitutum,ſed omnino priuatum fuiſſe qui tamen ita diligẽter conficiebant rationes ſuas,vt ex eis multa reſſultaret vtilitas confluentibus ad eos, quicquid dicunt doct.qui comuniter tenent contrarium.

13 Mod.ferra in l. eandem,num. 144. ff. de duobus reis,conantur oſtendere differentiam eſſe, quod officium ſit publicum,& quod officialis ſit publico decreto,ſeu publica authoritate cõſtitutus,ſeu præfectus,ſed hoc ridiculũ eſt, nõ enim

potest negari, quin officium, quod indiget publica electione, sit publicũ authoritate, de qua re paulo infra tractaturus sum, & ad omnia respondebo, quæ Mod. adducunt in.d.l.eandem.nu.144. Non omitto etiam nõ defuisse quosdã qui etiam sponsione facta affirmauerint hanc opinionem nõ esse cõmunem, quibus vt errore eximantur, adducam nõnullas authoritates, ex quibus apparebit eam esse cõmuniter receptam, nõ vt probẽ sententiam quæ mihi displicet, sed vt ostendam eam esse frequentiori suffragio receptam, & discant isti, temere sponsiones non esse faciendas.

CAP. X.

Argentarii notariorum vice fungebantur. nu.1.
Notarii eodem iure censentur quo argentarii. num.1.& 2.
Immo multæ sunt differentiæ inter notarium & argentarium nu.3.
Argentarium priuatum habet officium nu.4.
Conficit rationes. nu.5.
Quæ aliquam fidem faciunt pro se. nu.6.
Argentarii gratis edunt. nu.8.
Notarii mercedem habere debent. nu.8.
Notarii officium publicum. nu.4.
Liber rationum priuati non facit fidem pro se. nu.7.

1 Scire etiã oportet secundũ Bal. in.l. pretor in primo cometario.ff.de edẽ.q olim nõ erãt Tabeliones qui publica cõficerẽt documẽta, sed eorũ vice fũgebãtur argẽtarii, & numularii, ad quorum fidem, publice, & passim ex consuetudine recurrebatur, hodie.cum in desuetudinẽ abierit argentariorum officia, vtimur Tabellionum opera. Ex hoc euenit vt quicquid de argentariis scriptum cautumque reperitur, ad tabelliones pertinere dicamus, secundum glo. in.d.l. prætor, & in.d.l. quædã.§.numularios.ff. de eden. & ita rei veritas se habet, secundum Bal. in.d.l. prætor, & ibi Iaso. qui addit librum argentariorum plenam fidem facere.

2 Et quia hoc tempore non extant argẽtarii, edictum hoc quod de argentariis loquitur de tabellionibus locum sibi vendicabit, & in aliis, quorum scripturis, consuetudine introductũ est, vt fides adhibeatur, vt scribit Bal. in.d.l. prætor in secundo cõmentario, & ibi Ias. nu.1. subiicit Ias. nu.2. in.d.l. prætor. Et in hoc cõueniunt doctores, qui passim æquiparant notarium argentario.

3 Mihi inter hos magna videtur differentia, in primis Tabellio conficit instrumenta, seu publica documenta, vt habetur per docto. in.l. ii. ͨ. eo. & in.c.g. perpetuus, de fide instrumen. Argentarii faciunt rationes. Item argentarius de proprio negotio scripturã facit, d.l. argẽtarius in verbo

actus.notarius de alieno facto.

4 Item Tabellio publicum habet officium.l.generaliter.C.de tabul.lib.x.argentarius habet priuatum.d.l.argentarius, in verbo actus. & licet in hoc Docto.cōmuniter cōtrarium teneant, tamē paulo infra perſpicuis argumentis,demonſtrabo & deffendam officium argentarii non eſſe publicum,

5 Item ſecundum docto.notariorum inſtrumenta ipſis nihil proſunt.l.de eo.&.l.diuus.ff.de fal. Bal.in.cōſi.43.lib.i.Bar.in.l.ii.ff.de ſtipul.ſeruo. Fel.&.Dec.in.c.quoniā contra de probat.

6 Argentariorum rationes etiam pro ipſis fidem faciunt.l.ſi quis.§.prohibet ibi inſtructus eſſe potuit inſtrumento ſue profeſsionis.ff.de eden. quod qualiter procedat poſtea oſtendam. Nam docto. tenent ſimpliciter quod rationes nō faciunt fidem pro ſcribente.l.exemplo. &.l.inſtrumenta C.de fide inſtrumen.

7 Si tamen defenſum fuerit argentariorum officium non fuiſſe publicum, res faciliorem habebit exitū non admittunt docto.quod liber rationum alicuius prepoſiti negotiationi,ſeu adminiſtratoris,in aliquibus fidem faciat pro ſe,Bal.hic prope fin.& Dec.in.ii.not.& vicomerca.& Cur. Mod.a Sauil.in tractatu de antiqu.temp.libr.i.§. quarto limitatur nu.24.cum mult.ſequenti.

8 Item argētarii gratis edunt,notarii mercede di

gni sunt Bar.in.l,argentarius in prin.ff.de edend. in summa hoc verum est plurimum differre tabelliones ab argentariis,ideò non semper admittam vt quod in vno obseruatur,id in alio locum habeat.

C A P. X I.

Argentarii qui sint secundum glo.nu.& Doct. nu.1.2.&.3.&.4.5.
Numularii qui sint. nu.6.
Argentoriorum officium publicum est.nu.6.
immo contra. nu.6.
Argentarii & numularii sunt idem. nu.4.
Immo contra.nu.7.equiparantur tamen. ibidem.
Argentarii tabernas in foro habebant. nu.8.
Monetam non fabricabant. nu.9.licet aliqui contra. num.2.
Rationes conficiebant. nu 10.
Et quidem diligenter. nu.11.
Argentariorum vsus necessarius, & publice vtilis. nu.12.
Argentarii negotiationē quidē exercerent.nu.13 & 14 &.15.
Argentum,idest pecunia. nu. 7.

1 Item scire oportet nō satis liquere, qui quales ve essent argētarii,& numularii,siue mēsularii

ideò varii de his varia sunt cōmenti gl.in auten de fideiussor.§.vlti.argentarios fuisse scribit eos qui publica authoritate præficiebantur argento dando, & recipiendo ad quorum fidem recurrebatur.

Idem in numulariis obseruatum fuisse scribit,
2 ꝙ scilicet alienas pecunias publica authoritate tenebant ita gl.in.d.§.vlt.aliter scribit gl.i.in.l. prætor de eden.Bar.in.l.quædam.§.numularios eo.titul.scribit argentarios eos fuisse, qui pecuniam argenteā tantū tractabant, numularii autē omne genus monete,idem tradit ibi Ang.& Ias. in.l.prætor in prin.nu.2.eo.titu.qui addit argentarios pecuniam credere cōsueuisse,ꝙ numulariis non licebat,& hæc eadē ex Iaco.but.& Alb. percipi possunt ī.d.l.prætor, Plautus in Cucur. argentarios vulgo campsores seu trapezitas appellari dicit,& vtrumque pro eodem accipit,vt Bude.in annotatio,in pandectas scribit.

Alciat.in.l.boues.§.vlt.ff.de verb.signifi.ait ar-
3 gentarios solitos esse habere tabernas in foro,& priuatorum pecunias sub fenore locare,& quod eligebantur magne fidei homines,& eorum codicibus fides dabatur.

4 Idem repetit. Alciat.in primo parerg.libr.cap. 24.amplius scribit Alciat. in.d.l.boues, ꝙ fides argentariorū erat publice approbata,& hoc loco ait publicū fuisse eorū officiū, Bude.in anno.

in pandect.in.l.si hominē.ff.depositi, putat argē tarios eosdem esse,qui & numularii vocātur, & mensularii,& græcis verbis,trapexite,& colibiste, subiicit deinde argentarios, & mensularios istos rationem accepti,& expensi facere consueuisse, hique secundum eum,non tam pecuniarū permutationem,quā maiorē negotiationē exercebāt,quibus olim moris fuit pecunias custodiēdas dari,interdum,sub fœnore,interdum gratis, Rome autem argentarii etiā auctionibus interueniebant,secundū Bude,& in hoc fere omnes conueniunt,vt officium eorum publicum fuisse arbitrentur,saltem electione.
5 Mod.bon.hoc loco col.ii.nu.6.mira cōminiscūtur de argentariis & numulariis quæ nusquā audita,& nusquā relata fuerunt ideò parui pendenda duxi.Iux.text.in.l.i.in.fi.ff.de senatorib. ego ꝙ legibus & veterum authoritatibus, ac cōiecturis assequi potui,id in medium proferam.
6 In primis dico officium argentariorū nō fuisse publicum,nec publica authoritate constitutū de qua satis superque tractatum est amplius non insisto.
7 Secundo nego argentarios numulariosque eosdem fuisse, hoc mihi ostendit tex. in.l.quædam. §.numularios.ff.de eden.credo tamen parum distabāt,videlicet,vt genus,& species & ideo ꝙ in vno

vno ſtatuebatur, id in altero locum haberet d. § numularius, & in. l. ſi hominem. §. quoties iuncta. l. ſeq. ff. depoſiti vbi numularios quos vocauit poſtea vocat argẽtarios vt intelligamus promiſcue de vtroque fieri verba.

8 Tertio admitto quod in foro tabernas haberent ſecundum Alciat. in. d. l. boues & ideò dicuntur foro cedere cum primum lapſi facultatibus latitant nec amplius in forum prodeũt hoc mihi ſignificat text. in. d. l. ſi hominem. §. quoties.

9 Quarto puto minime verum eſſe eos monetã fabricaſſe quicquid dicat Iaſ. in. d. l. prætor hoc enim nullibi ſcriptum reperietur.

10 Quinto fateor hos negotiationis ſue quorum quoque ad eos confluentium occaſione ſue profeſsionis rationes conficere conſueuiſſe vt innuit text. in. l. prætor ait. §. i. ibi ſingulorum rationes conficiunt. ff. de edend. & hoc faciebant cum magna diligentia. l. argentarius in prin. eo. titulo, & propterea fides rerum ab eis geſtarum plerumque ex eorum rationibus conſtabat. d. l. quædam. §. numularios. ff. de eden.

11 Et in hoc principalis eorum opera miniſteriũ que verſatur, vt cum magna diligentia conficiãt rationes. d. l. argẽtarius in princ. Intellige quod principalis ſeu præcipua opera verſatur in diligentia adhibenda nam multi alii conficiunt ra-

rationes,sed nemo cum tāta diligentia, quātam adhibent argentarii & hæc est ratio qua motus prætor,iussit eos edere per vtilitatem publicam quæ ressultabat,ex huiusmodi rationibus diligẽter confectis.d.l.argentarius, & hoc nota quia alii non sic intelligunt & errant vt infra latius demonstrabo.

12 Sexto argentariorum vsus erat necessarius in ciuitate,& publice vtile,ideò multa ob fauerem vtilitatemque publicā circa eos fuerunt statuta seu recepta,& consuetudine comprobata ut innuit text,in.d.l.quod priuilegium.ff.deposit. & propterea eorum officium atque ministerium publicam causam habere idest publicam vtilitatem continere dicebatur in.d.l.argentarius in princ.ff.de edend.

13 Septimo hi argentarii exercebant negotiationem.l,si quis.§.prohibet.ff.de edend.ibi instrumento sue professionis idest sue negotiationis, & in.d.l.argentarius ibi actus sui rationes eod. tit.& in.d.l.si hominem.§.quoties,ibi cum numulariis vel per ipsos exercebant.ff. depositi, & est expressum in. d.l.quædam.§.numularios ff.de edend.vbi accipiunt pecunias, & errogant per partes quarum probatio Codicibus eorum maxima, idest valde seu sepissime continetur, item foro cedere dicuntur.d.l.si hominem.§. quoties.ff.depositi quod est proprium negotia

torum Bude.ibidem.

14 Octauo, non est dubium quin apud eos deponerentur pecunie interdum gratuito interdum cum fœnore, & sic numularii sæpe pendebant veucas pro pecuniis apud eorum mensam depositis vt ex primo tex.in.d.l.si ventri, & in bonis ff.de priuilegiis credit.& in.d.l.si hominem.§. quoties.ff.depositi, & has pecunias vel ipsi numularii vel soli vel cum deponente exercebant d.§.quoties.

15 Interdum traiiciebant de loco ad locum puta a Lugduno venetias, seu erogabāt per partes prout hodie faciunt Campsores.d.§.inumularios, & non solum deponebantur sed etiam credebantur eis pecunie per eos exercendæ quod sentit text.in.d.l.si ventri dum in bonis mensularii prefere eum qui deposuit gratis cœteris creditoribus.

16 Et sic apparet eos habuisse multos varii generis creditores alioqui si non exercuissent pecunias apud mensam depositas potius fures dicerentur quam foro cedere.l.inficiando.ff.de fur. sed & constituta faciebant non seruatis legum solemnitatibus.l.pen.in fi.C.de non nume.pec. & forte distrahebant argentum.d.l.pen. vbi appellantur argenti distractores.

Intelligendo argentum.i.pecuniam, non ex si-
17 gnificatione vocabuli propria, sed ex mente lo-

quentis prout fit interdum .l. quintus.§.i.ff.de auro,& arg.leg,& prout apud latinos authores sæpe est vsurpatum vt docet tiraq. in retracta. lib.i.§.i.in glo.xx.num.6.sic & aurum pro pecunia ab,Iustiniano vsurpatur in auten.de fideiuss. §.pen. vt facile sit idem paulo post de argento fieri licet alias regulariter differat argentum a pecunia.l.cum aurum.ff.de auro, & argu.leg.& ibi Dyn.& Albe.not.l.si pro mutua.C.si certum pet.l.si quis sepulchrum .§. vlti.ff.de releg. & sumpt.fune.præterea,& sponsiones faciunt argentarii vt est expressum in.d.auten.de fideiusso.§.vlt.In his versabatur officium ministeriumque argentariorum . Ex quibus apparet eos parum aut nihil diferre ab trapexitis & campsoribus nostri temporis,si bene conferantur omnia.

CAP. XII.

Argentariorum libris fides plena olim adhibebatur,secundum doct.nu.i.nu.4.& nu.5 hodie semiplena. *nu.4*

Secus est pro scribente.nu.2.licet aliqui contra. *nu.3.*

Probant tamen contra scribentem.numc.6. & num.8.

Pro tertio autem plene probabant secundum doct. *nu.7.*

1 SCire oportet quod olim plena fides argentariorum libris adhibebatur si credendum est Bar.in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend. & ibi Ias. col.2.post med.Alex.in consi.clxxix.in princi.lib.vi.Soc.in consi.clix.in prin.lib.2.& in consi.205.col.2.eod. titu.2.Dec.in.c.cũ causam de probatio.col 3.versic.& ista limitatio Iason. in l.admonendi colum.iii,versic. circa tertium casum & Modern.in tracta.de antiq. temp. lib. primo.§.limitatur quarto nu.62.qui hoc admittit sub eo pretextu quod argentarii publica autoritate constituti essent & ait ita communiter teneri.

2 Itẽ intelligit ꝙ libri huiusmodi facerent fidem pro tertio & contra tertium secus est in fauoré eius qui rationes conscripsit Bar.& doct.in.d,l. quædam.§.numularios.ff.de eden.Ias.in consi. ciii. col.i.libr.2.Mod.in eo.tract.libr.i.§.quarto limitatur nu.66.simile videmus in notario statutum esse cuius instrumentum ab ipso factum, sibi non probat.l.de eo &.l diuus.ff.de fals.l.i. C.de his qui sibi ascrib.Bal.in consi.xliii.libr.2.

Bart.& Bal.in.l.si consul.ff.de adoptio.Bar.in. l.ii.ff.de stipulat.seruo.Alexand.in.l.ferendum col.2.post med.ff.de verb.oblig.Alex.in consi. clxxxiiii.& seq.libr.vii.Feli.in capitulo quoniã contra,& ibi dec.col.xxiii.in fi.de probatio.

3 Amplius Putant Mod. vbi supra. nu.68.quod etiam daretur fides libris huiusmodi in fauorẽ eius qui scripsit,cuius fides publica authoritate fuit aprobata per ea quæ tradit Ias.in.l.decem col.8.in fi.ff.de verbo.obliga. & oldrad .consi. 313.col.vlt. & sic quando agitur cum eo cũ quo res gesta est tunc eorũ libris danda est fides etiã in eius fauorem secundum eum, quod est cõtra omnium opinionem.

4 Item intelligit quod fides quæ datur sit plena in fauorem tertii, & contra tertium secundum Bar.& doct.in.d.l.quædam.§.numularios.ff.de eden.& ibi Alexan.in.2.not.& Angel.qui dicit ita communiter obseruari,& hoc expresse tradit Bar.in dicto.§.nummularios dum querit an numulariorum libri hodie plenam fidem faciãt quemadmodum olim faciebant , & concludit quod non eo prætextu quod publica authorita te hodie non constituantur,& ibi in fin. subicit quod qua ratione argẽtariorum libri plene pro babant quia scilicet publice authoritate constituebantur eadem libri officialium publicorum hodie fidem faciunt.

5 Aduerte errant doct.antiqui & Mod.qui existimant argentarios priscis temporibus publica auctoritate cõstitutos, vt antea ostendi amplius non repeto sublato publice auctoritatis fundamento querendum est qualis & quanta fides argentariorum libris olim habenda esset & quanta hodie debeat haberi qua in re puto ego illis in fauorem domini fidem dari non debuisse nec debere.l.instrumenta.l.rationes &.l.exemplo. .C.de probatio.l.publia.ff.depositi, & in hoc conueniunt Bart.& doct.in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend.

6 An autẽ contra eum qui rationes scripsit probet Barto.& Ias.& alii in.l.quædam.§.numularios.ff.de eden.tenent quod sic, Bart.in.l.nuda versi.circa secundum nu.7.ff.de donatio.& in. l.admonend. col.8.versi.circa secundum.ff.de iureiur.& ibi Ias.col.46.versi.principaliter est videndum, & hoc loco Ant.de Alex.& Rip.& Dec.& Mod.Bono.nu.17.

7 Contra tertium, & pro tertio videtur quod plene probaret vetusto tempore, & ita tenent communiter doct.hoc loco, alioqui, Inquiunt frustra peteret editionem, nisi ex huiusmodi rationibus probationem sue intentionis cõsequerentur, & hoc sæpe inculcant doct.Bar.ita argumentatur in auten.si quis in aliquo in secunda oppo.§.eod.Mod.bon.hic nu.17.tamen ex quo

iam ostensum est, hanc esse scripturā priuatam, concludēdum est semiplene tātū probare, vt in mercatoribus, per hanc rationem concludit Bart. & Ias. in. d. §. numularios & Bart. in d. l. nuda. ff. de donation. & doct. in. l. admonendi, ff. de Iureiur. & Bald. in d. §. numularios, qui dicit quod liber mercatorum quasi priuata scriptura fidem facit, non quasi publica.

8 Non obst. quod frustra fuisset petita editio, nisi huiusmodi libris adhibita fides fuisset, respōdeo nō frustra postulari si aliquid pro futura est, puta ad semiplenam probationem, contra tertium plenè contra edentem, non omitto etiam quod sæpè petitur editio informationis habende gratia, vt supra ostensum est, & sic non frustrà petitur, etiā quando nihil probat.

Et hæc procedūt retentis terminis cōmunibus

9 videlicet ꝙ semiplena fides mercatorum libris sit adhibenda, prout tenēt communiter doct. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & alibi sæpe. Idem enim erit dicendum etiam in libris argentariorum, qui nisi fallor, non erunt publici officiales, & propterea, non maiore fide digni fuisse mihi videntur, quā sint hodie mercatores, tamē apud me non est omnino expeditum mercatorum libris etiam pro tertio, seu contra tertium fidem etiam semiplenam adhibendam esse, vtpote qui iudicialiter ac solenniter non fuerunt examina

ti,prout in simili scribit Barr.in.l.auctēn.si quis in aliquo.q.ii.&.iii.ꝭ.eod.de qua re postea latius tractabitur,nūc mihi sit satis ostendisse vetustis temporibus argentariorum libris plenam fidem datam non fuisse quicquid dicūt doct.hoc loco qui cōmuniter coutrarium tenent.

10 An autem saltem semiplene probaret,hoc dependet a quæstione quæ de libris mercatorum ventilatur,in qua solet concludi secundū cōmunem,ꝙ sic Curt.in.l.admonendi.nu.128.ff.de iureiur.Bar.in.l.quædam.§.nūmularios.ff.de edē. contra facit id quod scribit Rom.in.d.l.admonendi vbi ait quod liber rationum, est priuata scriptura, & nullam fidem facit, & ibi Ptolom. nu.60.qui dicit ꝙ sine partium vel testium subscriptione nullam fidem facit.per not.per Inno. in.c.cum P. tabellio,de fide instrumen.maxime quia vox vnius mortua non magis operari debet,quam viua & extra iudicium testimonio nō adhibetur fides,& sine iureiurando.l.iurisiurandi.C.de testi.igitur nec eius scripture priuate; secundum Ptolom. nu.60.& catho. fac.nu.39. & Cacialup.nu. 1.reseruo tractandum in commentariis ad.l.i.ꝭ.eod.

CAMILLI PLAVTII PAEZONIS IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS.

AD L. I. C. DE EDENDO COMMENTARIORVM

Liber primus.

Verba legis sunt hæc videlicet.

Ipse dispice quemadmodum pecuniam quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes, nam quod desideras, vt rationes suas, aduersaria tua exhibeat id ex causa, ad iudicis officium pertinere solet.

CAP. I.

Præfationes euidentiorem rei præstant intellectum. *nu.1.*
Rationes ex causa tantum a reo edi solet.nu.2. *&* *numer.4*
Quæstio vnica fuit proposita.nu.3.alii duas credunt. *nu.5.*
Actori incumbit onus probandi. *nu.3*
Approbare videtur qui non contradicit. *nu.6.*

1 SOleo ego in initiis cōmentariorum fere sem per præfationibus quibusdam vti.quæ euidētiorem rei præstant intellectum,iuxta text.in.l.1.ff.de orig.iur.quem morem in præsentia non sum seruaturus,non quia eas,in materia ista,necessarias non esse existimem, sed quia quicquid in hanc rem oportunum mihi visum est, in ea contuli comentaria,quæ ad rub.eiusdem tractatus edidi,igitur ad eum locum vos relego, qui, nisi fallor,vestro satisfaciet desiderio.

2 Nunc ad textum ipsum interpretandum accedo,qua in re,verborum diuisione prætermissa, compendioque neglecto,quæ a ceteris doctoribus de more expediuntur,sciendum est, Emiliū cum pretenderet mulierem quandam sibi teneri ad rem,quam penes eam deposuerat,reddendam , aduisse imperatorem , eique supplicem,

libellum dediſſe,quo rogabat,vt aduerſaria cõpelleretur ad rationes ſuas edendas.ſperabat.n. ex huiuſmodi editione,ſeu ex huiuſmodi rationibus,conſtare poſſe de depoſito, ad hoc reſpõdet Imperator, oportere ipſum ſupplicantem, qui actor erat, probationes intentionis ſue ſibi parare,quod.n.deſiderabat ille,vt ſcilicet aduerſaria rationes ſuas edere cogeretur,non paſſim, nec frequenter concedi ſolet, ſed ex cauſa ad Iudicis officium pertinet. Ita hoc loco paucioribus verbis explicat Paul.Caſtren.

3 Intellige autem vnicam quæſtionem fuiſſe propoſitam, non duas, licet multi contrarium defendant,quam dere paulo infra latius tractabitur, & eſt ſenſus & ordo,ipſe qui ſupplicas,diſpice hoc eſt conſidera quemadmodum, probes,tibi deberi pecuniam,quam te depoſuiſſe dicis,hoc eſt quomodo probes intentionem tuã, & perinde eſt ac ſi dixiſſet, ad te pertinent probare intentionem tuam,deinde ſubiicitur ratio, quia,inquit,quod deſideras vt aduerſaria tua rationes ſuas exhibeat,id ex cauſa ſolet pertinere ad iudicis officium.

4 Hoc eſt non paſſim, nec regulariter,conceditur, vt reus edat rationes ſuas, ad fundandam actoris intentionem,ſed iudex ex cauſa hoc interdum ex officio indulget, cum autẽ cauſa nulla in ſupplicatione fuerit expreſſa, propter quã

debeat reus cogi ad edendum,ideò imperator supplicantem admonet, vt probationes opportunas ipse conquirat,vt sentit Pau.Cast hoc loco qui paucis verbis veritatem attigit, & in eandem sententiam videntur concurrere Bald.& salic. hoc loco, & purpur. & vicomercat. & Rip.

5 Alii existimant duas hoc loco quæstiones proponi,alteram facti,alteram iuris,is.n.qui supplicem dedit libellum,rogabat vt sibi modus ostenderetur, quò intentio sua probari posset, & ad hoc non respondet imperator, secundum doct. Desiderabat præterea vt aduersarius rationes suas edere compelleretur, & ad hoc respondet imperator,id,non nisi ex causa iudicis officio concedi solere,& in hanc sententiam inclinare videtur Cyn.& Bart.dum colligit ex hoc textu imperatorem non respondere quæstioni facti, & probat Fulgo.subiiciens hanc placere doctoribus,& sequitur Ias.& Curt.qui ait omnes ita tenere , & hanc esse communem attestatur , Rip.

6 Et præterea in hanc quoq; sententiam,trahendi sunt,Paul.Cast.& Alex.& alii omnes,qui cũ Bart. tacite transeunt,licet id expresse non tradant, satis.n. consentire videntur , ex quo non contradicũt iuxta doctrinam glos. ab omnibus cõmendatam,in.l.inter omnes,in prin.ff.qui sa-

tiſd.cogãt.quæ interpretatur ea verba inter omnes conuenit.i.nullus diſſentit,ad idem eſt text. & glo.In.l.item,quod Sabinus in fi.ff.de hered. inſtitu,cum dicitur,vt labeo ſcripſit,nec Ariſt. vel Paulus vtpote probabile notant, ſic & alias qui non improbat,probare cenſetur,ſecundum gloſ.in.l.i.§.pen.ff.de libe. agnoſcen. an tamen ita ſenſerit Bar. paulo.ĵ.diſcutiam, nunc opere pretium eſt vt videamus, quin rationum verbo ſenſerit imperator,

CAP. II.

Duplex ſenſus huius legis.ſecundum doct.nu.1.
& vterque eſt communiter receptus nu.2
Verus ſenſus legis noſtræ traditur. nu.4.
Rationes an contineant inſtrumenta,& quomodo vide nu.5.& nu.6.
Ratio.i.inſtrumenta,eſt barbara interprætatio. nu.5.
Inſtrumenta quomodo contineantur in rationibus nu.5.

1 Extus iſte duplicem habet ſenſum,& quidẽ vtrumque a doctoribus approbatũ, primus eſt ſenſus,quod hic agatur de rationibus edendis.i.de libro,& codice rationum,& huic inter

prætationi qnadrare vidētur verba legis,in ver. rationes exhibeat,alter eſt ſenſns quod hic tractetur de inſtrumentorum editione, & hoc ſenſu recepto,verb. rationes exponitur.i.inſtrumēta,hoc loco animaduertit glo.& Bart.& alii,primus ſenſus magis congruere videtur verbis legis, & eius materiam hoc loco explicant doctores.

2 Tamen ſecundus non reprobatur,cuius materia reſeruatur tractanda,in.l.vlt.ꝟ.eo.ne ſi forte de vtroque hic agatur, nimium creſcant commentaria,neue nudus,& ſine cōmentario relinquatur,textus in.d.l.vlt.de primo ſenſu,nemo dubitat, quin ille ſit receptiſsimus, de ſecundo quidem dubitant,qui,dum in legendis malis authoribus bonas horas conſumunt, profiteri audent,& hoc quidem non ſinè magna contentione,ſecūdum hunc intellectum, cōmuni crebrioríque ſuffragio exploſum eſſe,atq ue reiectum a doctor.

3 Quod quam ſit a veritate alienum quiuis vel mediocriter eruditus facile dignoſcere poterit, quod poſtea dilucide oſtenſurus ſum,nunc videamus vter ſenſus ſit verior, qua in re, vt dicā quod ſentio,neutrum eſt admittendum , ſi ſimpliciter intelligantur,prout a recentioribus accipi videntur,rectè autem intellectus, verus eſt vterque ſenſus.

Itaque si quis interpretetur rationes.i.codicē librumue rationum,ego non admittam, vt sensus iste recipiatur,sed nec patiar rationes, pro solis accipi instrumentis, quoniam barbara est, & insolens huiusmodi interpretatio. Cum tamen Emilius iste,qui supplicem libellum imperatori obtulerat,desideraret editionem sibi fieri,eam ob causam,& eum ad finem, vt sua intentio probaretur, credendum, est eum desiderasse,ea sibi edi, quæ fidem facerent, & ex quibus desiderio suo satisfieri posset, & per consequēs non nudum codicem,sed & chirographa,& cautiones,& instrumenta, sibi edi postularet, quæ fidem facere solent,quāquā ad rationem pertinent,l.si quis ex argentariis.§.rationem .ff. de eden.l.cun seruus in fi.ff.de condi.& demonst. & sic omnia edi desiderabat, ex quibus causam suam tueri posset.

5 Siue igitur ex codice apparere poterat deposi tum, siue ex instrumento, aut cautione aliqua, id ipsum edi sibi postulabat,quæ omnia ad ratio nem pertinent.d.l.cum seruus,ideò non ad aliquam speciem se restrinxit,sed rationes edi postulauit,quæ rationes ex pluribus constēt,vt dixi in rubr.supra eo.sanè si quis existimat de instrumentis accipi posse, quæ sint extra rationē, fallitur,quia nullibi reperietur rationum appel latione instrumenta contineri, quæ ad rationē

non pertinent, que uẻ extra rationem fu it.d.l. si quis.§.rationem &.§.seq. Ideò de hisce instru mentis non intelligam, sed de illis quæ ad ratio nem, seu ad negotiationẽ pertinent, ex his etiã facile intelliges hunc tex. de libro domesticarũ actionum non debere accipi, quia is rationum appellatione non continetur.d.§.rationem, de qua re postea loco suo tractabitur.j.eo.lib.cap. vi. nunc ad ea elicienda, quæ scitu notatumque digna visa fuerint, transeundum est, quæ omnia primo libro cõplectemur postea ad causas editionis explicandas, accedemus.

CAP. III.

Imperator quæstionibus facti non respondet. nu.1.& nu.11. Immo sic nu.8.&.9.&.10
Facti quæstio uon fuit proposita. num.2.&.nu.8.
Fatuus est qui se de facto suo instrui petit.nu.3.
Instructus de facto suo quilibet esse debet. nu.3.
Quæstio vnica proposita fuit secundum Bar tol. nu.4.
Bar.defenditur nu.11.& nu.13.
Rescriptum decisorium non datur in his, quæ causæ cognitionem desiderant.nu.11.&.12.
Causæ cognitionem, quæ desiderant, remittun tur ad iudicem nu.11.&.12.&.15.
Bartol.aliter intelligitur, quã alii intelligant.

1 IN primis illud notatu dignum colligi potest, secundum Bar. Imperatorem non respondere quæstioni facti, hæc cõsultatio facti secundum Doct. talis erat desiderabat Emilius scire ab Imperatore, quomodo, per eum probari posset, se deposuisse pecuniam, penes aduersariam, vt declarat, hic Rip. in princ. & dicit ita communiter teneri, cuius petitionem irridet Imperator, & inconsultum dimittit supplicantem, quia scilicet, non solet Imperator, respondere quæstioni facti. l. eum quem temere. §. i. ff. de iudic. vt hic per Fulgo. & alios, subiicit Ias. rationem, quia (inquit) facta plerunque fallunt prudentissimos l. ii. ff. de iur. & facti igno. c. i. de constit. libr. vi. Ias. hic. & Doc. nu. i.

2 Purpu. autem col. 2. ante med. negat hic propositam fuisse questionem facti, quia (inquit) si primo quesitũ fuisset de modo probãdi, frustra deinde, & inepte fuisset proposita altera quæstio,

3 Rip.addit quòd fatuus fuiffet Emilius,fi petiiffet fe de facto fuo inftrui,de quo eft informatus .l.vlt.ff.pro foc.& eodem fenfu loquũtur Mod. Bono.nu.15.hi omnes,& quidam alii cõtendũt, ex verbis legis elici non poffe,quæ quæftio facti fuerit propofita,nec item, quod ad confultationem facti,non repondeat Imperator.

4 Mihi videtur Bart.fententiam non fuiffe rectè intellectam,Bar.vnicum cafum,feu vnicam quæftionem præfupponit,fi verba eius rectè perpendantur,& fic errant illi,qui ex fententia Barto. arbitrantur duas quæftiones fuiffe propofitas, alteram fuper facto,alteram fuper iure.

5 Et quæ fimplex fit cafus,apparet ex verb.nam, quod fignificat, quia Barto.in.l.demoftratio.§. quod autem.ff.de cond.& demoft.per.l.vlti.ff. de dol.except.c.i.de Iud.in fin.&.l.antiqui.ff.fi pars hered.pet.& fic redditur ratio decifionis præcedentis,ergo non proponitur ibi nouus cafus, nec proponitur noua fpecies, eft etiam verum,quòd in principio legis,non ponatur quæftio facti,alioqui ratio quæ fubiicitur,fuiffet inepta.

6 Finge fic formari cafum, Imperator non vult vel non folet refpondere queftioni facti,deinde fubiicitur ratio,quia pertinet ad Iudicis officiũ, ex caufa reum cogere ad edendas rationes,fi ita loquamur, nihil vnquam vidi infulfius, nihil

ineptius, prout in vniuersariis disputationibus ostendi. Ergo impossibile est quod in principio legis proposita fuerit quæstio facti, quia in vers. nam subiicitur ratio decisionis factæ in principio legis, quæ ratio non potest quadrare consultationi facti, nec hoc dixit Bar. si verba eius recte perpendantur, vt statim demonstrabo.

7 Rectius igitur defendemus petitum fuisse, vt edantur ab aduersaria rationes, ad quod respondet Imperator, non debere supplicantem super hoc spem suam ponere, sed per se, si vult vincere, querere debere probationes, quia quod fuerat petitum, nō solet, nisi, ex causa, concedi, quæ Iudicis officio examinanda est.

8 Dico itaque facti questionem non fuisse propositam in principio legis nostræ, dico præterea, quòd, si defendi vllo modo potest, consultationem super facto fuisse propositam, defendi etiam poterit. Imperatorem respondisse consultationi, quod patet ex verb. ipse dispice. Interrogatus enim vt ostendat modum, probandi, respōdet quod ipse perquirat suo ingenio, & opera sua, huiusmodi probationes, quas sibi ostendi postulauerat.

9 Et sic negari non potest, quin respondeat interrogationi, nec dicatur, prout à quibusdã disputando dictum audiui, responsum non fuisse secũdum desiderium postulantis, nam idem accidit

in alia quæstione, & tamen Doct. fatentur, huic secundæ quæstioni fuisse responsum, per imperatorem, & recte, quia Imperator non respondet secundum desiderium postulantis, sed secundũ ius.l.solent.§.legatos.ff. de offic. procons.

10 Qua igitur ratione fatentur Doct. in casu proposito, in secunda parte legis, fuisse responsum consultationi, licet contra desiderium supplicãtis fuerit rescriptum, petebat enim cogi aduersarium edere, & negat Imperator hoc fieri debere, eadem ratione, qui interrogatus, vt ostendat modum probandi, respondet quod ad eum pertinet perquirere, satis dicitur respõdisse propositæ consultationi, licet non ad votum supplicantis, vt in vniuersariis disputationibus demonstraui. Tamen re vera hic nihil fuit quæsitum super facto.

11 Dico præterea quòd Bar. recte notauit ex hoc text. Imperatorem non respondere quæstioni facti, & hoc non ex prima, vt credunt Doct. sed ex secunda parte legis elici posse, & aduertatur, quia non præsupponit bart. consultum fuisse imperatorem super facto .i. super modo probandi, quia hoc ridiculum esset; nec verba legis eum sensum patiuntur, vt dixi, sed quia potest ex causa interdum reus cogi edere rationes suas, hoc est causa cognita, & ista causæ cognitio versatur in facto, ipse Imperator noluit super aliqua cau

ſa ſpeciali, dare reſcriptum deciſorium, hoc eſt noluit determinare quæſtionem per reſcriptũ, ſed remiſit determinationem ad Iudicem, qui cauſa cognita ſtatuat, & iuſtitiam faciat.

12 Et ſic, licet reus, ex cauſa compelli poſſit, ad edendum rationes ſuas, & præſuppoſito etiam, quod aliqua cauſa in ſupplice libello exprimatur, quia tamen ſuper hoc vertitur cauſæ cognitio, & ventilatur factum, Imperator non reſpondet deciſiue, ſed ad iudicem remittit, qui de cauſa cognoſcat, & iuſtitiam faciat, arg.l.iii.verſ.tu magis ſcire potes.ff.de teſtib.&.l.teſtium.C.de teſti.& hæc ni fallor, fuit mens Bartoli.

13 Hoc modo intellecta eius ſententia vera eſt, & ex hoc text.optimè colligitur, nõ ſolere Imperatorem, ad ſolam ſupplicationem deciſiue reſpõdere in quæſtione facti.i.in articulo, qui cauſæ cognitionem.ſeu facti diſcuſſionem, & quæſtionem deſiderat, ſed cauſæ examinationem remittit ad iudicem.qui vocatis partibus, & cauſa cognita, iuſtitiam faciat.

14 Is poteſt eſſe legis noſtræ ſenſus, meo iudicio, non contemnendus, & à nemine animaduerſus, ita loquitur text.rectè intellectus in, l.eum quẽ. §.i.ff.de iudic.cum ait iudicibus de iure dubitantibus, præſides reſpondere ſolere, de facto conſulentibus, non debere preſides conſilium impartiri, hoc eſt conſulentibus ſuper his, quæ

causæ cognitionem desiderant, seu facti discussionem, non debent præsides respondere, quia multa potest videre iudex præsens, puta quo vultu, qua trepidatione loquatur testis, vel reus, quo colore, an per eumdem præmeditatumque sermonem cuius existimationis sit, & alia multa quæ latent absentem præsidem, seu Imperatorē, iuxta text.in.d.l.iii.§.tu magis scire.ff.de testib. quia facti interpretatio plerumque prudentissimos fallit.l.ii.ff.de iur.& facti igno.

15 Et quod in his quæ causæ cognitionem, & sic facti discussionem desiderant, consulenti non sit decisiue respondendum, sed ad iudicem cognitio remitti debeat, probat tex.rectè intellectus, n.l.nequicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.pro cons.capiendo libellum pro supplice libello, vt ibi, accipi putat Bude.in annot.in pandect.sic accipitur in.l.rescriptum.ff.de distract.pigno.licet doct.libellū pro delegatione, & barbara, & inusitata significatione, eo loci accipiendum putēt. Et hæc nota quia in circularibus disputationibus, fuerunt à me defensa.

16 Ratio autem, quare hoc casu, quæstio per rescriptum expediri non debeat, ea est, quia facti interpretatio, plerunque fallit prudentissimos. l.ii.ff.de iur.& fact.igno.Purpu.hoc loco nu.4. & Dec.col.2.in prin.& Mod.

17 Non dico ego ꝙ factum lateat prudentissimos,

nam credendum eſt,ꝙ iudices qui conſulunt imperatorem,vel præſidem,ſuper facto,proponāt factum.d.l.cum quem.§.i.ff.de iudic.ſed interpretatio facti eos fallit ſuper quo cauſæ cognitio vertete ſolet,ita loquitur text.in.d.l.ii.ff.de iur.& fact.igno.licet purpu.nu.4.& Dec. col,2. in prin.& Mod Bonon.nu.16.aliter intelligant. Caue tamen quia intelligo ego factum incertū, & nondum diſcuſſum,ſed cum cauſæ cognitione ventilandum,alioqui ſuper facto iam diſcuſſo reſpondendum eſt, quia ex eo ius oritur.l. ex plagis.§.in cliuo.ff.ad leg.aquil.at ſuper facto incerto,& nondum diſcuſſo.non debet dari reſcriptum deciſorium.d.l.eum quem.§.i.§.ff. de iudic.quia eius interpretatio fallit prudentiſſimos,quod in praxi. nota. & obſerua. cum eris cōſiliarius principis, & ita obſeruat ſenatus mediolanenſis, in toto terrarum orbe celeberrimus,cuius eſt præſes Petrus Paulus Arrigonus, vir admirabili prudentia ac ſingulari integritate.multis magnisque rebus ſpectata, præditus, cui tantum debeo,quantum nemini.

18 Obſtat text.in.l.diuus.ff.de offic.præſi.vbi ſuper facto conſulitur Imperator,& ipſe de furioſo,qui deliquerat,loquens,reſpondet diſtinguēdo,& gloſ.in.d.l.eum quem, in verb.impartiri. ff.de iudic. ſcribit licere interdum ſuper facto conſulere.

19 Alber respondet.in.d.l.eum quem & in.l.solent.§.legatos.ff.de off.proconf.quòd immo nó consulitur super facto, sed super qualitate facti, & text.in.d.l.diuus procedit, quando super facto ambiguo fit consultatio, veluti, si probationes sint hinc inde pares, & tunc in effectu, fit cósultatio super iure, & ita transit Dec. hic circa prin.Mod.bono.hoc loco multa loquuntur nu. 16.Tu dic quod in.d.l.diuus, non fit cósultatio super facto, sed propositis variis facti speciebus super singulis de iure respondet, & rectè, quia ex facto ius oritur.l.si ex plagis.§.incliuo.ff.ad leg.aquil.

CAP. IIII.

Actori onus probandi incumbit. *nu.i.*
Reus absoluitur actore non probante.nu.i.
etiam diffinitiue. *nu.2.*

1 ILlud præterea annotant doct. ex tex. nostro, actori incumbere onus probandi debet enim ipse dispicere, & cósiderare seu diligenter inspicere, qũo probet, vt hic per gl.& doct.alioqui reus absoluendus est, vt est expressum in.d.l.qui accusare.j.eo.& alibi sæpe, etiam si constet reũ, nihil iuris habere in re, de qua agitur, quia ius actoris tantum spectatur.l.vlti.ff.de rei vendic.

& in pari causa potior est reus:c.cum sunt partium iura,de reg.iur.lib.vi.c.inter dilectos, de fid.instrum.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.l.in pari eod.titulo, & alibi sæpe,& ad hoc conferunt ea,quæ tradunt docto.in d.l.qui accusare,preci pue.Ias.& Dec.& Curt.& alii.

2 Et adeò verum est, oportere actorem habere paratas probationes, vt eo non probante,reus debeat,etiam diffinitiue absolui licet nihil probauerit,vt not.glo.in auctẽ.qui semel in verb. locum in fin.C.quomo.& quando Iud.quod intellige datis legiptimis dilationibus, alioqui ab obseruatione iuditii tantum absolueretur, vt per Bart.in.l.properandum.§.& si quidem.C. de Iudic.& Dec.in.d.l.qui accusare, num 17.& actor succumbens, tamquã temerarius, condemnandus est in expensis,not.Bart.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& in l.cum quem.ff. de iud. Rip.hic nu.2.

CAP. V.

Reus non tenetur edere actori rationes suas nu.1.& nu.5.

Ex causa concessum, intelligitur sine causa prohibitum. *nu.1.*

Ratio quare pacta ex prætoris edicto actionẽ

1 EX his, quæ superiore capite fuerunt tractata, suboritur altera cóclusio, videlicet quòd reus non tenetur edere actori rationes suas, cum enim actor debeat habere probationes in promptu, & eo non probante, reus absoluatur, vt dixi, sequitur reum non debere cogi edere, & hoc etiam probat text.noster. in verb. ex causa, cum enim ex causa tantum edi oporteat, intelligitur prohibitum fuisse, vt reus sine causa, non compellatur edere. vt in.l. si quis ex argentariis .§. prohibet.ff.de edend. vbi prætor iubet edi argentario, ex causa, & intelligitur tacite prohibere, ne sine causa edatur, & in.l.iurisgentium.§.dolo.ff.de pact.vbi prætor iubés seruari pacta, quæ sine dolo malo sunt inita, intelligitur cauere, ne seruentur pacta dolo malo inita, & vtrobique glo.hoc annotat.

2 Circa quem textum obiter,ſcias velim,mirari Bart.in.d.Iurisgētium.§.prætor.ff.de pact.quare pacta, quæ prætor iubet ſeruari,non producunt actionem,iuxta tex.in.l.ſtatuas.ff.de acqu. rerum domi. & in auten. ſacramenta.C.ſi aduerſ.venditio.& ſubiicit Bart.ſe neſcire ſolutionem,ſed & Iaſ.ibi ſe inuoluit nu.i.poſt Fulgo. & Paul.caſt.& alii ita per tranſeunt, vera ſolutione non reperta.

3 Tu dic,quod principalis intentio prætoris ea fuit,vt reiiceret pacta dolo inita, vel contra leges,non autem,vt præciperet ea ſeruari,quæ ſeruabantur,& ſic edictum prætoris,quo deſtingũtur pacta dolo,vel contra leges,ab aliis facta, factum eſt ad limitandum regulam antiquam, non ad augendum, nec ad robur, addendum. cum enim omnia pacta antiquitus ſeruarentur, ſuperuenit prætor, qui non omnia,ſed aliqua tantum ſeruaturum,ſe edixit, & ſic limitauit,& reſtrinxit regulam antiquam, ideò inducta ad diminutionem,non præſtant augumentũ l.legata in vtiliter.ff.de legatis tertio, &.ff.de adimen.legati.

4 Quod autem illud edictum factum fuerit ad limitandum antiquam obſeruationem, oſtendit text. in.d.l.iuriſgentium .§.dolo, & ibi tacite ſentit gloſ.& hanc puto rationem, quare ex edi

cto prætoris, robur, authoritatemuè vllam non accipiunt pacta, quæ seruanda remanserunt, quod nota. quia nemo ita declarat.

5 Ad rem reuertendo, cum dixi, reum non teneri edere rationes actori, concordat tex. in.l.vlt. ĵ.eo. rationem adducit text. in.l.nimis graue.C. de testib. aliam adducit text.in.d.l.vlt. alias comminiscitur Dec.in.l.non est nouum.ĵ.eo. & plurimum laborat, vbi non expedit, quando quidē his rationibus contenti esse debemus, quæ nobis ex legibus insinuantur.

6 Illud scias velim doct. latius concipere axioma istud, nam simpliciter statuunt, reum non teneri edere actori, vt hoc loco Bar. & cæteri, quibus verbis, rationes ab instrumentis non distinguntur, & ita sentiunt, neque rationes, neque instrumenta actori esse edenda, hoc compendium ita late conceptum, est cōmuniter receptum, vt hic sentit Dec.in princ. ex quo satis abundeque liquet text. hunc, frequentoribus suffragiis, in eū sensum accipi, vt & de rationibus, & de instrumentis loquatur, vt facile intelligas, eos, toto vt aiunt cœlo errare, qui communem sententiam in contrarium extare, etiam sponsione facta affirmare ausi sunt, de qua re paulò infra latius verba faciam.

7 Ego strictius axioma concepi, & ad rationes restrinxi, non quia de instrumentis contrarium

sentiã,sed quia de rationibus loquitur tex.quarum appellatione non contineri instrumenta, ad negotiationem non pertinentia,alias ostendi & ego nõ soleo temere a verborum significatione propria recedere,iuxta text.in.l.non aliter.ff.de leg.

8 Puto tamen idem.& in instrumentis obseruãdum esse,quod mihi probat tex.in.l.vlt.in vers. quando.§.eo.presertim quia sumus in regula negatiua,quod scilicet nihil est edendum,quod nõ reperitur edi iussum.l.i.§.edenda. & .l.ii.ff.de edendo hoc intelligo de instrumentis ad negotiationem non pertinentibus,nam quod attinet ad ea,quæ ad negotiationem pertinent,satis cõprehenduntur in hoc tex.qui de rationibus loquitur,quo nomine , etiam instrumenra,ad negotiationem pertinentia continentur.l.si quis ex argentariis.§.rationem.ff.de eden.l.cum seruus in fin.ff.de cond.& demonst.

9 Consulto præterea axioma istud strictius con cepi , & ad rationes restrinxi , ne si forte latius conciperetur limitatio quæ subiicitur , etiam ad instrumenta pertinere videretur , quamquã enim reus ex causa cogatur actori rationes edere,vt hic ait lex,tamen non ita facile cautum re peritur,eum ex causa teneri edere instrumenta, loquor de his instrumentis,quæ extra negotiationem sunt,de qua re postea tractabitur , lon-

gum enim exigit tractatum, quia scio reclamabunt doct.quorum auctoritate non attenta, veritatem omnibus rebus semper anteponendam duxi, per ea quæ late deduxi libro primo de notis Crauet. cap.i.vide infra lib.3.capit.vlt.

10 Denique vt finis huic capit.imponatur, causa propter quam, imperator hic præsupponit, cogi posse reum, vt actori rationes edat multiplex adducitur a doctoribus longe plures adducuntur in.l.vlt.inf.eo. ego sequenti libro eas singillatim persequar, quæ memoratu dignæ videbuntur.

CAP. VI.

Mulier rationes suas habere potest, & quomodo.nu.1.& .2.

Fæmina per seruum argentariam exercere potest.nu.1.& .2.

Argentaria est officium virile.nu.2.& .3.

Institoria non est virile officium nu.3

Negotiatrix fæmina potest habere rationes suas nu.4.

Lex ista non restringitur ad aliquã speciem, sed exẽplificatur in qualibet specie.nu.5.& .6.

Diuinatio nõ dicitur, ꝙ exempli caosa proponitur. nu.6.

Rationes omnino priuate non comprehenduntur in hoc tex. nu.7

Aduersaria an sint edenda. nu.8.

Deplorate scripture quæ sint nu.9.

1 TExt.in verb. rationes ſuas præſupponit mulierem hanc,contra quam ſupplicabatur, habuiſſe rationes ſuas.i.proprias, tamen non aperit qua ratione,nec qua ex cauſa, eſſent ſuæ ipſius mulieris,præſupponemus,igitur,caſum habilem,quo poſſit eſſe ſuæ,arg.l.qui teſtamento. ff.de teſtamen cum ſimilibus, & ſic nó dicemus fuiſſe ſuas,quaſi ipſa eſſet argentaria, & ratione officii eas fecerit,quia officium hoc quod virile eſt,fœmina exercere non poteſt.l.fœminæ.ff. de eden.ſed dicemus fuiſſe ſuas,vel qúia per ſeruum exercuit argentariam,quod fieri poteſt.l. prætor.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de eden.quod exemplum admittunt cómuniter doctores excepto Dec.vt hic ait Rip.

2 Vel quia ſucceſſerit Argentario, & ſic iure ſuccesſionis ſunt ſuæ,vt in.l.ſi quis ex argentariis. §.cogentur.ff.de eden.&.in.l.quædam.§.nihil. eod.titulo vel quia mulier illa negotiationem, aliquam fecerit, puta inſtitoriam vel exercitoriam,quibus in exercendis nihil refert,an,is qui exercet ſit maſculus, vel fæmina,vt exprimit tex.in.l.i.§.parui.ff.de exercitor.l.ſi a muliere. C.de inſtitor,& exercit.actio.l.ſed & ſi quis.§. parui.&.l.nam plerique.ff.de inſtitor, & ſic officium huiuſmodi non eſt virile, ſed eſt promiſcuum vtrique.

3 Et per hoc tollitur argumentum quorundam, qui,

qui arbitrabantur posse fœminam exercere argentariam,per.d.l.i.§.parui,cum aliis supra adductis,nam ex ipsis legibus patet distinctio , argentariam enim non potest exercere fœmina, quia est officium virile.d.l.fœminæ.ff.de eden. institoriam & aliam negotiationem potest exer quia hę non sunt negotiationes viriles,sed promiscuæ.d.l.nam plerique,&.d.§.parui,& est futile argumentum.

4 Ad rem reuertendo,cum præsupponimus mulierem hanc fuisse negotiatricem , potest etiam præsupponi,eã habuisse rationes proprias, hoc est rationes suæ negotiationis,quas solent facere hi,qui negotiationem aliquã exercent, vt.in. l.si quis §.rationem.ff.de edendo , & quod de rationibus priuatis loquatur tex.probat Bart. hoc loco & Alber.in princip. & Bald.qui dicit fuisse suas ratione dominii , & Angel. in princ.& claud.seyssel.nume.5. & Ias. nume.4. & Rip.col.2.qui dicit ita communiter sentire doct.

5 Aduerte præterea,quia non dico ego fœminã istam,de qua nunc agitur,fuisse negotiatricem, nec succelsisse argentario,nec per seruum argẽtariam exercuisse, qui enim restringit tex.hunc ad aliquam speciem,magis quàm ad aliam vaticinatur,seu diuinat,quod non est admittendum l.si putator.ff.ad leg.aquil.sed dico posse exer

plificari tex.in qualibet ſpetie habili.l.qui teſtamento.ff.de teſta.& ſic quacumque ex cauſa,hæ rationes fuerint ſuæ verificari poterit huiuſce legis diſpoſitio, & ita ceſſat obiectum,qnod facit Bart.contra glo.quæ varia ponit exẽpla ad tex.noſtrum,& Bart.in ſingulis eam reprehendit quaſi diuinantem

6 Hanc reprehenſionem ego admitterem, ſi ad vnam ſpeciem tantum reſtringeretur text.ſed ſi exemplificetur,hæc non vocabitur diuinatio, & poterit exẽplificari, & verificari in qualibet ſpetie habili,vt dixi,quod puto menti tenendũ, quia doctores miſere confli&tantur,& diu multumque laborant ſuper huiuſcemodi diuinationibus, contra gloſ.& bart. quæ tamen non ſunt vaticinia,ſed exempla,vt etiam ſentit Fulgo.hic cum ponit caſum in genere & Paul. Caſtren.& expreſsius Iaſ.nu.6.& Curtius nu.15. & Goxadin.nu.7.an autem & quare arceatur fœmina ab officio argentariæ,& an per ſeruum id exercere poſſit,poſtea videbimns.j.eo.cap.7.& viii.

7 Præterea quod hoc loco præſupponit tex. interdum ex cauſa edi debere rationes proprias, cauẽ ne credas hoc haberc locum in rationibus omnino priuatis,ſeu domeſticis, veluti ſiquis habeat librum in quo reditus prediorum ſuorum ſcribit, & impenſſas domeſticas, pu tà quicquid quaque die in victu, & veſtimentis impendunt,

puto ego, hic non rectè appellatur ratio, quia non sufficit quod liber contineat acceptum & impensum, sed oportet quod contineat negotiationem, vltro citroque dandi, accipiendi, credẽdi, obligãdi, soluẽdiq; causa, vt exprimit tex.in. d.l.si quis.§.rationẽ.ff.de edẽ.quæ iudicio meo nõ conueniunt libro priuati cuiuspiam, in quo quicquid ex redditibus suis percipit, quicquid item, in rẽ familiarem impendit, scriptum est.

8 Ideò senserunt multi dumesticas scripturas, seruande memorie, causa factas, quæ aduersaria. vocantur, edi non oportere, etiam ab eo, qui in ea causa est vt edat. Abb.& canonist.in.c.i.de probatio.post card. in cle i.§, ceterum de vsur. fel.in.d.c.i.col.vii.circa med.de probatio.purp. hic nu.20.Dec.nu.19.Alciat.nu.14.& alii de quibus aduersariis postea tractabitur, cum de Mercatore agetur, ad eum locum vos reiicio.

9 Harum scripturarum deploratarum in numero, soleo ego ponere huiusmodi codices omnino priuatos, qui negotiationem non continent, licet quod in horreum congestum est ex prædiis suis, quòdque in rem priuatam impensum fuerit, scriptum sit in eo, nec puto de huiusmodi libris senserint docto.cum tex.nostrum in rationibus priuatis locum habere scripserunt, sed de rationibus alicuius negotiationis sẽsisse eos puto, in qua tamem cesset consuetudo ad eos re

currendi,quæ a Doćto.præsupponitur in mercatore,& ita memini me declarasse,cum quidã, qui se valde eruditum credit,hanc conclusionẽ ad rationem,seu ad libros omnino ptiuatos,trahendam esse,ex doćtorum sententia contenderet,quod si forte doćt.eam habuerunt mentem, quam credidit doćtor ille,sine dubio errauerũt quod clarius mauifestabitur ex his, quæ paulò infra sum dićturus.

10 Duo itaque ex his quæ hoc capite fuerunt traćtata colliguntur, primum est quod mulier potest habere rationes suas,de quo aliqua sum dićturus paulò infra secundum quod priuatæ rationes interdum sint edende scilicet ex causa dumtamen pertineat ad aliquam negotiantionem, non si domesticas aćtiones contineant.

CAP. VII.

Rationes a seruo fœminæ facte,sunt dominæ nu.1.
Fœmina argentariam exercere potest per seruum secundum doćt. nu.1.
Contradicit Dec. nu.2.
Defenditur communis. nu.3.&.4.
Capacitas serui,dependet a capacitate domini. nu.2.
quod qualiter procedat,vide nu.4.&.5.
Argentaria est virile officium.Ideo conuenit

1 NON desunt qui existiment hasce rationes, de quibus hic agitur, pertinuisse ad argentariam, quo casu, querendum est, an citra ius successionis, potuerint esse sue ipsius mulieris, si forte mulier ipsa argentariam per seruum exercuerit, quod non pauci admittunt, & sic intelliguntur esse sue, vtpote quæ a seruo suo fuerunt confecte, quod hoc loco probat Bart. licet diuinatiuum arbitretur, & Odof. & Alb. & Ias. & Rip.nu.4. & alii communiter, potest enim seruus argentariam exercere.l.prætor.§.sed & si seruus.ff.de edend.

2 Dec. contradicit.col.4.ante med.num.11.quia fœmina hoc munus exercere non poteſt.l.fœmine.ff.de edend.ergo nec per seruum id poterit.

l.si mihi.§.regulam.ff.de leg.i.& quod dicitur de seruo,intelligitur si sit seruus viri, & sic domini capacis argu.§.i.Instit.de stipul.seruo.&.l. non licet.ff.de contrahen.emption.nec per aliũ videtur posse facere,quod ipsa per se nõ potest. l.ii.§.i.ff.de administ.rerum ad ciuit. pertinent. & hoc sine dubio procedit,si admittimus,quod huiusmodi offitium sit publicum,seu ciuile, cũ ab eo,& seruus,& fœmina remoueantur,à lege. l.cum prætor.§.pen.ff.de iudic.l.ii.ff.de regul. iur.

3 His non obstantibus puto sententiam commu nem esse veram:per tex.expressum,qui tergiuer sari non potest.in.d.§.sed.& si seruus,vbi diluci dè patet posse seruum argentariam exercere,

4 Ad contraria responde, quod in his ; quæ acquiruntur domino spectatur eius capacitas. d.§.regula. In his quæ consistunt in facto seu in exercitatione,seruus plerũque facit id,quod dominus non potest.l.i.vbi docto.ff.de verbo. obliga.

5 Item in his,quornm ratio non est eadẽ in vtro que tunc seruus aliquid potest, domini capacitate non spectata.bal.in.l.humanitatis in.4.oppo.C.de impub.Rip.hic nu.4.sanè in terminis quæstionis propositæ, qualitas quæ requiritur, in exercendo argentariæ officio,subest in seruo cessat in fœmina.ideò seruus potest id,quod do

mina non poteſt.

6 Eſt enim virile officium.d.l.fœminæ.ff.de edẽ. quæ virilitas in fœmina ceſſat, militat tamen in ſeruo.ideo ſeruus eſt capax huiuſce officii,ad id quod dicitur de officio publico, cuius ſunt incapaces ſerui, ſæpe dixi, & adhuc repeto,illud officium non eſſe publicum ſcilicet anctoritate, nec electione, ſed eſt publicè vtile, vt hic ait Claud.ſeyſſel.Mod.Bono.Multa hic inculcant nu.51.eodem errore lapſi.quo& cæteri:dum præ ſupponunt officium argentarii fuiſſe publicum; ſuper quibus non puto inſiſtendum. Gorad.hic nu.7.dicit officium hoc virile eſſe,& ob id conuen ire ſeruo,& rectè loquitur.

7 Ad vnum tamen aduerte, quod ſcribit Alciat. fœminam ea ratione arceri ab huiuſmodi officio,quia lex earum pudori,& verecundiæ minime conuenire exiſtimauit,vt immiſceant ſe huiuſmodi miniſteriis,quæ publicè per viros exercentur.l.adulterium.C.de adult.c.i.de vit.&honeſt.cleric.ſequuntur Mod.bono.nu.51. Intelligo hanc cauſam eſſe impulſiuam.l.i.§.ſexum.ff. de poſtulan.

8 Et propterea ea ceſſante non ceſſat diſpoſitio, per ea quæ not.glo.in.d.§.ſexum,alioqui ſi hæc eſſet cauſa finalis,mulier impudica poſſet eſſe argentaria,quod eſt ridiculum quia fides quæ de-

ſideratur in argentariis in l.quædam.§.numularios.ff.de eden.non reperitur,in deplorata & vili perſona.l.ſi quis.§.eo.tit.mod.bon.hic,in alio tamen propoſito. num.51.quod memoriæ commenda,quia vidi neſcio quos,hoc errore lapſos eſſe, vt crediderint meretricem poſſe argentariam exercere,vt potè de cuius caſtitate,& pudicitia,non curat tex.in.l.ſi ea.C.de adul.&.l.quæ adulterium eo titu.

9 Quo ad diuinationem,quā per horreſcit bart. dic non fuiſſe narratum hoc loco rationes iſtas, pertinere ad argentariam,nec hoc præſupponi, ſed in genere fuiſſe petitum,vt aduerſaria compelleretur edere rationes ſuas, ad id Imperator reſpondet,hoc ex cauſa ad iudicis officium pertinere inter cauſas autem,& ea eſſe poterit, ſcilicet,ſi rationes iſtæ ad argentariam pertineant.

10 Quia regulariter nemo tenetur edere.l.i.§. edenda &.l.ii.ff.de edend.& hanc regulam text. noſter præſupponit,quæ regula fallit in rationibus ad argentariam pertinentibus.d.l.prætor. in princi.&.d.l.argentarius,eo.titul.ergo recte dicitur hāc eſſe cauſam,propter quā recedimus à regula, & ſic non ſentit, quod argentarius teneatur ex cauſa edere:ſed quod aduerſarius, ex cauſa tenetur edere,cauſa autem erit ſufficiens, ſi præſupponimus rationes huiuſmodi ad argentariam pertinere.

11 Ita sentit hoc loco licet non ita declaret Paul.
cast.& Purp.col.vi.circa med.nu.35.&Goxadin.
col.2.cir.med.nu.7.Dec.col.4.circa med.nu. 12
Quicquid dicunt Modern.bono. hic nu.53.qui
non animaduertunt alioqui nullam causam pos
se adaptari textui nostro,nam & quibus vtimur
ea regulariter tenemur edere.l.i.§.edenda eod.
titulo, & vsurarius regulariter tenetur edere
cle.i.§.cæterum de vsur. & fisco regulariter te-
nemur edere, si credendum est bart.& Doctor.
per,l.ii.§.i.& secundo.ff.de iure fisc. Idem ferè
est de singulis causis,quæ hoc loco à docto.recē
sentur, & propterea dico causam hanc,de qua
loquitur text.posse in argentariæ officio habe-
re locum & ita sentiunt communiter recentio-
res.

CAP. VIII.

*Fœmina argentariam an vllo casu per se exer-
cere poßit? nu.1.& .4.& .5.& .6.*

& an.teneatur edere rationes nu.2.& .3.

*Fœmina de facto exercens argenterium palam,
tenetur edere rationes nu. 5.*

Secus si clam. nu.8.

Polla lucani,vxor argentaria. nu.6

Fœmina ex dispensatione etiam tacita potest exercere argentariam nu.6.&.7.

1 SVperest vt videamus, an mulier ipsa, vti argẽtaria, potuerit rationes istas conficere, manu sua, & an ad eas edendas compelli potuerit, qua in re expeditum videtur, non potuisse hoc fieri, & hoc admittunt omnes, per tex.in.l.fœminæ. ff.de eden. Aduerte, licet mulier sit remota ab officio argentarie exercendo, vt pote quod virile est.d.l.fœminæ, tamen si fuerit legibus soluta, quod vulgo dispensari dicitur, puto poterit argentariam exercere.arg.l.quidam consulebant ff.de re iudic.

2 Et hoc casu, poterit compelli ad edendum rationes, ex causa argentarie confectas, hec.n.est causa sufficiens, vt quis edere cõpellatur.l.prætor in princ.ff.de eden.l.argentarius, in prin.eo. titulo.l.si quis ex argentariis.§.prohibet.eo.tit. l.quædam.§.numularios eod.titulo.

3 Ideò si fingamus mulierem hanc exercuisse argentariam, proculdubio tenebitur edere, quæ causa quia non fuit imperatori narrata. Ideò remittitur ad iudicem examinanda.

4 Maius dubium est, si forte mulier ista, dispensatione non petita, nec expectata, ad hanc exercẽdam se contulerit, idque effecerit, an teneatur edere?

5 In hac quæstione quædam admittunt fieri posse, vt mulier ista, officium hoc argentarie de facto exercuerit contra mores ciuitatis, eamque posse compelli rationes edere, prout iure compelleretur, si iure administrasset, nam edictum hoc habet locum etiam in eo, qui ex facto exercet argentariam, vt tradit Bal.in.l.prætor propè fin.ff.de eden.& sal.hic col.2. Et Purpu.col.vii. in princ.nu.34.

6 Et hoc quandoque contigit, nam legimus Polam. lucani poetæ vxorem argentariam exercuisse, vt scribit. Alci.hoc loco, nu.11.licet existimet eam id per seruos administrasse, quod tamen diuinatorium est, ego puto non omnino abhominabile fuisse, credere, quod ipsa mulier argentariam exercuerit, cum etiam quandoque acciderit seruum præture magistratum functũ fuisse, & ab eo gesta valuisse.l.Barbarius.ff.de offic.prætor.

Non.n.iure diuino, aut naturæ, sed moribus rè
7 mote sunt fœmine ab huiusmodi officiis.l.cum prætor.§.pen.ff.de iudic.l.ii.ff.de reg. iur.Ideò solui legibus facile potuerit mulier à populo, vt posset argentariam exercere, nam hoc potest populus.d.l.Barbarius, vers.cum populus, quæ dispensatio, etiam tacite fieri potuit, habendo recursum ad eam, & quærendo fidem ex eius rationibus, prout de nummulariis dicit tex.in.l.

quædam.§.nummularios.ff.de eden. facit tex.in c.cum dilectus, de fide instrument.

8 Et hoc casu nõ dicitur improbe fecisse mulier, cum enim populus sciens eam esse fœminam tolleret eam in officio, & ad eam recurrat vti legitimam argentariam, intelligitur approbare, & eam legibus soluere.d.l.Barbarius vers.sed & si scisset, facit tex.in.d.c.cum dilectus, & in.l.quidam consulebant.ff.de re iudi.sed si clam administrasset hoc munus, puto non cogeretur edere, quicquid dicant, Bal.& Salic.& Purpur.quia non concurrunt qualitates, de quibus in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend. quod nota.

C A P. I X.

Argentarius rationes suas edere tenetur. nu.1.
etiam si sit fœmina. nu.1.
Idem in numulario nu.1.
Idẽ in omnibus qui sunt similes argentariis nu.2
Similitudo qualis esse debeat, vt quis teneatur edere sicut argentarius nu.2.
Successor argentarii tenetur edere.nu.4.quid de notario.ibid.
Argentarius qui desiit exercere debet edere.nu.5
Notarius debet edere. nu.5.
Editio sumptibus petentis an fiat nu.6.& .7.
Sumptibus petẽtis fit.id.quod fieri petitur.nu.7.
Edens quid faciat.nu.viii.& nu.16.

1 EX his, quæ superius fuerunt tractata, appa-ret Argentarium teneri rationes suas edere. d.l.prætor in prin.&.d.l.si quis.§.prohibet eod. ti.de quo nemo dubitat, ideo sumpta occasione aliqua de argẽtariis pertratãda duxi,quæ ali is ĩ hac materia dicẽdis nõ mediocre lumẽ sunt alla tura.Dico itaq; regulã hãc de argentario ad edi tionem cõpellendo,locum sibi vendicare in fœ mina,quæ palã exercet aegẽtariã,quia subest ea dem ratio vt supra dixi,idem est in numullario, ratio exprimitur in.d.l.quædã.§.nũmularios.ff. de eden.hi.n.regulariter equiparantur, & sunt adeò similes, vt lex de vno loquens promiscue de vtroq; loquatur.l.si hominẽ.§.pen.ff.deposi. &.l.sequen.

2 Idem est in omnibus qui sunt similes argentariis.l.argentarius in princ.in verb. ab similes.ff. de eden.similitudo autem consideratur eo,modo,quo considerat tex.in.l.quædam,§.numularios,& sic non spectatur an mandato meo facta fuerit scriptura, quicquid dicant doct.sed spectatur an accipiant,& erogent per partes pecuniam, sicut argentarii, & conficiant rationes,& cum tanta diligentia, vt huiusmodi pecuniarũ, & contractuum,scriptura codicibusque eorum contineatur,& ad eorum fidem publice decurratur.d.§.nummularios.

3 Notarii quoque tenebuntur edere vt per doc. in.l.prætor.in prin.ff.de eden.vbi Ias, nu.2 glo. Bar.& alii in.l.quædam.§.numularia eo.tit.probatur in.l.ii.§.eo.& in.l.præcipimus,in versi.in his.C.de appellatio,quod ego admitto ea ratione,quia Tabellio est persona publica.l.generali C.de tabellio.lib.x,non quia notarii æquiparentur argentariis,quicquid dicant doct.

4 Idem est in successore.l.si quis ex argentariis. §.cogentur.ff.de eden.l.quædam.§.nihil.eo.tit. cum in locum,& ius argentarii succedant, eius partibus funguntur,etiam si eiusdem professionis non fuerint.d.§.nihil, quod intellige prout in.§.is autem.d.l.quædam & in vers.quod si nihil,& ex hoc infert.bart.ꝙ notarius,qui successit alteri notario,eius protocolla describere,&

in publicam formam redigeræ,& ederæ poterit, bart.in.d.l.ſi quis.§.cogentur,contrarium eſt verius,niſi iudicis auctoritate hoc faciat, per text. in.c.cum p.Tabellio, de fide inſtrum.paul. caſt. Alex.& Iaſ.in.d.§.cogentur.Ang.Bal. Sal.Pau. caſt.in.d.l.quædam.§.nihil,& ibi fulgo.

5 Item intellige etiam ſi deſierit argentariã exercere.l.prætor ait.§.is etiam.ff.de edend. quod doctores extendunt ad vſurarium qui deſiit exercere vſuras doctor. in cle.i.§.ceterum.ff. de vſur.extenditur etiam ad notarium, qui officium exercere deſiit,ſecundum Bal.Ang.& Iaſ. in.d.l.prætor.§.is etiam,ff.de eden.

6 Item intellige ꝙ ſuis expen. edere debet argẽtarius.d.l.prætor.§.ſed ibi,&.§.quod ſi inſtrumentum,&.l.ſi quis ex argentariis, in princi.in verbo.deſcriptas rationes dabit eo.titulo dummodo non alibi cogatur edere, quã eo loci vbi argentariam exercuit,alioqui ſumptibus petentis alibi edit.

7 Et hoc eſt generale quòd quicquid fieri petitur,ſumptibus petentis fiat, Iaſ.in.d.l.prætor.§. is etiam in vlti.not.nu.9.ff.de eden.& ibi Bald. ſcribit,quod ſi quis obtineat à Iudice trãſmitti notarium aliò,ad examinandos teſtes,id ſumptibus petentis fieri oportet, quod ſi ex officio id fiat, impenſis vtriuſque partis exequeretur, ꝙ ſi conſilium ſapientis ſit capiendum, vtriuſque

impensis petetur,secundum Bar.in.l.si postulauerit,in prin.ff.de adulte.Bal.in.l.iii.C.de adul. Ias.in.d.l.prætor.§.is etiam col.i in fi.n.10.ff.de eden.& de notario quod debeat habere salariũ dicetur,paulo infra vide bar.& alios in.l.argẽtarius eod.titu.

8 Item intellige, quod edendo subscribere debet,id quod editur.l.si quis ex argentariis.§.sed si omnes,eo.tit.Dat etiam inspiciendum, aut describendum petenti.l.argentarius.§. edi.ff.eod. & puto ego quod subscriptio debet fieri gratis. d.l,prætor.§.sed ibi,&.§.ꝙ si, tamen credo non tenetur exemplum suis sumptibus dare,quando exhibere vult librum de loci, vbi contractũ est, sed sufficit vel ꝙ exhibeat librum, vel quòd copiam describendi faciat, vt colligitur ex dictis legibus.

9 Item intellige ꝙ etiam cõtra se ipsum tenetur edere argentarius,nihil.n.interest cum ipso argentario controuersia sit,an cum alio.d.l.argentarius,in prin.ff.de eden.regulariter contra est, in aliis rationibus ad argentariam non pertinentibus.l.vlt.§.eo.l.nimis graue.C.de testib.c.i.de probatio.de ct.hic.&.in.d.l.vlt.& in.d.c.i.quod etiam facit vsurarius vt in cle.i.§.cæterum de vsur.de quo alias.

10 Item intellige quod non solum librum rationum, sed etiam Chirographa, cautiones,& instrumenta

ſtrumenta, ad rationem pertinentia. teneatur, edere.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem verſi. ſed & quod eo.tit.facit text.in.l.cum ſeruus,in fin.ff.de condit.& demonſt.Inſtrumenta autem quæ ad negotiationem argentariæ non pertinent,non tenetur edere.d.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem verſi.nec ſi pignus.ff de edend.

11 Declara tamen,& limita concluſionem prædictam,vt ſemel tantum cogatur,argentarius edere,& ſic iterum poſtulanti non cogitur edere, niſi cauſa cognita.l.ſi quis ex argentariis.§.prætor,&.§.vlt.ff.de eden. cauſas autem ex quibus iterum edi oporteat recenſet tex.in.l.veluti,eo. titu.de tabellione idem tradit Bar.in.d.l.ſi quis §.prætor ait & ibi Iaſ,in.i.not.num.6.Bart.in.l. vlt.prope fin.ff.de bono.auꝭo.iudi. poſsid.bar. in.l.quædam.§.nihil.ꝭ.eo.& in.l.vlt.ff.de tabul. exhiben.mihi tamen magis placet,vt ipſe notarius ſæpius cogi poſſit edere,quia nō gratis edit & eſt publica perſona,ſecundum bal.in.l.ne caſu,in quarto not.C de diſcus.libr.x.licet Iaſon. reclamet in.d.§.prætor.nu.6.

12 Item declara, & limita,vt non cogatur edere alteri argentario, niſi cauſa cognita.d.l.ſi quis. §.prætor, ratio huiuſce prohibitionis exprimitur,in.d.l.ſi quis.§.prohibet,ea ſcilicet,quia argentarius potuit, & debuit eſſe inſtructus inſtrumento ſue profeſsionis, & abſurdum eſt vt

quod ipse alteri edere debet, id ab altero sibi edi postulet.d.l.si quis.§.prohibet. Facit tex. in.l.ii. eo.titu. vbi illi non est edendum, qui verisimiliter penes se habet instrumentum, quod petitur, &.§.exigitur.d.l.si quis.

13 Sed tabellio ipse alteri notario, instrumentum ad se pertinens, tenebitur edere, quia ipse, pro se non potest facere instrumentum, bal.in.l.iudices.C.de fide instrum.Bar.& Alex. in.l.sis seruus.ff.de stipul.seruo. & sic non potest esse instructus instrumento sue proffessionis, & cessat causa, de qua in.d.l.si quis.§.prohibet.ff.de edend.

14 Item declara & limita eo loci tantum edi oportere, vbi contractum est.d.l.prætor.§.sed ibi, alibi non cogitur, nisi culpa sua aliò translate fuerint rationes, vel nisi postulator suis expensis alibi edi desideret.d.l.prætor.§.pen. & vlt.eod. titu.& de notario idē traditur, vt scilicet instrumenta edat eo loci, vbi facta fuerunt, Ias.in.l.si quis, ex argentariis, §.is etiam, in.4.not.nu.8.ff. de edend.

15 Quod si subsit periculum in itinere, seruanda est praxis, quā ostendunt Bar.Ange.Sal.& Mod. etiam, per text.in.l.iudices.C.de fide instru, vel potius seruandum est, vt iudex iste scribat ad magistratum illius territorii, vt ad se transmittat exemplum authenticum eius instrumenti, secun

dum doct.in.d.l.iudices Fulgo. & Iaso.in.d.§.is etiam.

16 Item declara & limita vt subscribere tantum aut ostendere,& inspiciendum dare, & exhibere originale cogatur,non tamen suis sumptibus exemplum dare,sed sufficit quod faciat copiam describēdi, vt dixi supra notarius autē qui edit mercedem habere debet, seu honorarium, tam pro confectione instrumenti, quā pro exempli traditione,glo.in.l.vlt.C.de prin.agent. in reb. lib.xii.Bar.Bal.& alii.in.l.argentarius,in princ. ff.de eden.Ias.in.d.l.prætor.nu.5,eo.titu.

17 Item limita & declara,vt cogatur tantum edere ea,quæ pertinent ad argentariam, alia nō cogitur edere,puta sibi pignus datum, vel mandatum.d.l.si quis.§.rationem.eo.titu.Et forte hac ratione non tenebitur edere memoriale,seu scripturas priuatas sui instruendi causa confectas. Abb.in.c.i.de probat.Alex.hic col.tertia circa princ.nu.5.Dec.in.d.c.i.col.xv.post prin. versi. retenta nu. 28.Card.in.d.cle.i.§. ceterum Dec. hic nu.19.Rip.sentit col.4.circa prin.Alci.num. 14.purpu. col.4.circa med.nu.20.

18 In his tamen aduersariis potest forte defendi contrarium,quia non potest negari, quin pertineant ad rationem,vt hic,in alio proposito,scribit Alciat.nu.14.Ideò debent edi.l.si quis.§.rationem.ff.de eden.Ratio adducta per Doct.non

obst.quia falsa est,presupponunt enim quod argentarius, propter mandatum, saltem tacitum, teneatur edere & super hoc fundamento mira edificant, sed vt sæpe dixi,falsum est,quia non ex mandato, sed ex prætoris edicto tenentur.l. prætor in prin.ff.de edend.dicant alii quicquid velint.

19 Item limita & declara,vt non debeat edere ei, qui vexandi aduersarii causa edi postulat, quiq; superuacuas rationes,aut quas habet,desiderat. d.l.si quis.§.exigitur,eod.titu.nec eas quas præsumitur habere postulator.l.ii.eo.tit.&.l.si quis §.prohibet,ideò non erit edendum illi,cuius nõ interest.d.l.si quis.§.ex hoc edicto, omnibus tamen quorum interest erit edendum.d.l.prætor in prin.in versi.ad se pertinent, &.l.quædam.§. vlt.eo.titul.dicitur autem mea interesse, si contractum, de quo agitur, fecerò,vel si successi ei, qui contraxit,sed etiam si is,qui in mea potestate est,contraxerit, idem est.d.l.quædam.§.vlt.

20 Quinimo etiam si nihil mea intersit, pecunialiter, sufficit quod me mandante tractata fuerit ratio, & tunc dicitur mea interesse, ex sola causa mandati, & ex hac sola causa mihi edendum erit,quia dicitur ad me pertinere dicta lege si quis.§.pertinere licet doctor. aliter intelligant illum tex.& male,v t alias dixi,& purpu.sentit, licet non declaret, numer.22.col.4.

post med.

21 Ideò notarius instrumentum illi edere debet quo mandante illud confecit, licet eius vtilitatem non contineat, & etiam illi cuius interest, licet ille non mandauerit, quicquid dicat Paul. in.l.prætor, & ibi Ias.col.2.circa med.num.8.& Bart.in.l.qui instrumenta.C.de fideiusso. & rectius videtur loqui Alex.hic.col.iii.ante fi.vers. ex prædictis nu.7.

22 Denique intellige, vt non sufficiat causam aliquã adducere, & probare, ex qua appareat quod ad me pertinent rationes, sed oportet etiam vt de calũnia iuretur, alioqui non cogetur argentarius edere.l.quædam.§.cæterum.ff.de eden.fieri enim potest, vt rationes ad me pertineant, vel ex causa contractus, vel ex causa mandati.d.§.cæterum &.d.§.pertinere, & tamen callumnie, causa petam mihi edi. Ideò iusiurãdum hoc erit interponendum, alioqui argentarius non compelletur edere.d.l.si quis.§.exigitur eodem titulo.

23 Et ex his facile apparet non omnia, quæ in argentariis ad editionem compellendis obseruantur, in tabellionibus locum habere, quicquid dicat glo.in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend. & ibi Bart.& Ias.nu.i.& idem Ias.in.l.prætor in prin.nu.2.eo.titul. & alibi sæpe doct.

CAP. X.

1 EX verb. ad officium. Annotant doct. officio iudicis nobili postulari, vt edantur rationes. Ita glos. hoc loco tenet, idem probat glo. in. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. Bart. in. l. si prius col. xiiii. nu. 22. Bart. hoc loco & Albe. num. i. Ange. hic. nu. 2. Bart. in. §. cato.

in.4.oppo.ff.de verbo.oblig.& Fulgo.num.2.& col.3.in fi.nu.6.& ſal.nu.5.& nu.10.Aret. nu.3. Alex.in.l.Argentarius.§.cum autem, in.v.not. ff.de eden.Purpu.hic nu.37.Claud. nu.14.Dec. in.ca.i.deprobatio.Vicomerca. hic nu.46.Rip. nu.20.in fin.Alciat.nu.32.Mod.Bono.nu.84.& eſt comunis opinio,vt atteſtantur Salic.& Fulg. & alii plerique communiter doct.in.c.i.de probatio.

1 Hæc quæſtio nõ caret vtilitate vt hic per Alex. nu.8.&.9.& purpu.nu.38.& Mod.

In primis aliter formandus eſt libellus quando imploratur officium iudicis, quam quádo actio intentatur,vt hic per Alex.nu.8.in fin.iuxta tradita per bart.in.l.i.ff.de iuriſdi. om.iudic.etiam in terminis iſtis qualiter ſit formandus tradit ſalic.hoc loco.col.vlt.nu.10.

3 Secundo non eſt opus vt libellus offeratur, quando imploratur iudicis officium ſecundum Bal.hoc loco,col.vlt.iuxta glo.in.c.vlt.ff.de interrog.actio.ſequitur purpu. nu.38.& Rip. nu. 21.in hoc tamen decipiuntur, quia quando aliquid dari; vel fieri principaliter petitur officio iudicis,exigitur libellus,vt declarat Bal.in.l.ne quicquã.§.vbi decretum.ff.de offic. proconſ.& legat.Doct.in.c.vltim.de iudic.Ideo neceſſarius erit libellus etiam ſi poſtuletur editio officio iudicis nobili,vt ſentit Barto.hoc loco, & in.l.

quædam in princ. post glos.ff.de eden.Barto.& Bal.in.l.i.§.officio.ff.de tutel. & ratio distrahẽ. Sal.hic.num.10.& Cur.nu.9.

4 Opinio Bal.procedit in his quæ edi postulantur post litem incohatam, & sic iudicis officio mercenario, omnia.n.quæ clauduntur in iudicio incohato.Solent mercenario iudicis officio expediri.l,ediles.§.item sciendum.ff.de eden.l. non solum.ff.de rei vendic.Curt.hic nu.10.

5 Tertia est vtilitas quia si admittimus, officio iudicis postulandam esse editionem,non constituetur aduersarius in mora,nisi iudicialiter fuerit interpellatus,vt hic per alex.hoc.n.regulare est,vt qui per officium iudicis compellẽdus est, non constituatur in mora, per extra iudicialem interpellationem.l.cum postulassem, in princ. ff.de damn.infec.Purp.hic.col.vii.circa fin.nu. 38.sed erit necessarium iudicis præceptum,quo spreto in cõtumaciam dabitur ad interesse actio in factum.l.si quis.§.ex hoc edicto.& ibi glo.ff. de eden.glo.in.l.prætor.§.si seruus,in verb.fecisset eo.titu.

6 Infertur ex hoc secundum Moder.quod notarius interpellatus extra iudicialiter; si non edat instrumentum, non damnabitur ad interesse, licet aduersarius perdat causam,quia mora non fuit contracta purpu.hic nu.38.

7 Ratio, quia officium iudicis nullam præsupo-

nit obligationẽ.l.qui per collusionẽ.ff.de actio. empt.& vbi nulla petitio est ibi nulla mora est.l. nulla.ff.de reg.iur.l.si pupillus.ff.de verb. obli. ex quo euenit ꝙ pena cõmitti nõ potest in casu isto,quia sine mora,pœna nõ cõmittitur, vt tradit Bar.in.l.si penæ.ff.de nego.gest.& Dec.in.l. nulla.ff.de reg.iur. ergo nec interesse cõmittetur,quæ pœna est.l.vbi exigitur.ff.de edend.in verb.punitur.

8 Intellige tamen, quòd si dolus notarii arguitur, tenebitur ad interesse, secundum purpu. hic nu.38.per not.per alex.in.l.vbi in primo no. ff.de edend.Ias.in.l.mora col.i.ff.sol. mat. quod mihi non placet,quia est contra tex.in.l.vbi exigitur.ff.eod.vbi nunquã datur hæc actio, nisi ex dolo,& post iudicis præceptum, & sic vtrumq; debet concurrere, alterutrum non sufficit,quicquid dicat purpu.

9 Intellige præterea quod huiusmodi officium iudicis,pro editione competens, est personale, & datur in personam,secundum bar.in.l.si seruus.§.si quis prius.nu.5.ff de aqua plu. arcen.& ideo non datur contra singularem successorem, bart.vbi supra.

10 Habet tamen naturam rei vendicationis ideò datur contra possessorem solum insolidum, nõ autem pro portione hæreditaria, secundũ bart. in.l.4.§.cato.ann.3.oppo.col.2.nu.5.ff.de verb.

oblig.Areti.ibi. col.vii.Alciat. hic,nu.31.Idem existimat Salic.quod datur cõtra singularẽ successorem,ad instar cuiusdam rei vendicationis, ex causa tamen,iuxta.l.quædam.§.quod si nihil ff.de eden. de quo tamen vide quæ ego scripsi, in.d.§.cato quia res non caret scrupulo, & ibi videbis noua aliqua,circa naturam rei vendicationis,quæ ex bartoli sententia huiusmodi iudicis officio attribuitur.

11 An autem in terminis quæstionis propositæ, competat officium iudicis, sequenti capite explicabo.

CAP. XI.

Officium iudicis competit vt argentarius edat numer.1.

Argumenta pro communi adducuntur nu.1. vsque ad fin.

Tex.hic in verb.officium, quomodo procedat numer.2.

& an de officio mercenario intelligatur nume.8.& 9.

Officium hic,accipitur de vtroq; nu.13.

Verbum vnum diuersi mode accipi potest diuersis respectibus nu.14.

Generale verbum generaliter intelligitur,vt comprehendat omnes casus nu.16.

Genus comprehendit omnes suas species nu.13.
L.si quis.§.prætor.ff.de eden.quomodo procedat nu.14.
L.pen.§.vlt.ff.ad leg.falcid.quomodo procedat.nu.18.&.19.&.20.&.23.
Aduersarius dicitur post litem contestatam nu.4.& etiam antea nu.13.

1 IN quæstione illa an officium iudicis competat pro editione facienda doct.tenent cōmuniter quod sic, & hanc sententiam communem attestatur salic.hic nu.5.& Fulgo.col.3.in fi.nu. 6.Alex.col.vlt.circa med.nu.8.Ias.propè fi.dec. col.pen.ante med. & Rip. nu.20.in fin.licet ex his nonnulli in contrariam iuerint sententiam, & sic primo fiet præceptum argentario vt edat, si fuerit contumax, dabitur actio in id quod interest. Tamen multi & numero, & authoritate magni, tenent competere actionem tantum in factum ex hoc edicto.videndum est igitur, vtra opinio sit verior.

2 Pro cōmuni,scilicet quod officium iudicis nobile competat, adducitur tex.v3 ibi. Ex causa ad iudicis officium pertinere solet, quibus verbis liquido ostenditur,cogendnm esse aduersarium iudicis officio,ad rationes exhibendas.

3 Ad hoc tripliciter respondent hi, qui contrariam tuentur sententiā primo quod dicitur per

tinere ad iudicis officium,id intelligendum eſt, de cauſa , non de editione, & ſic cauſa edendi, iudicis officio ventilatur, editio autem petitur actione in factum,ita reſpondet Alexan.hoc loco Col.vlt.nu.9.

4 Alio modo reſpondet Alex.hic nu.9. ſcilicet quòd loquitur de officio iudicis mercenario,petebatur enim incohato,iam iuditio editio incidenter,& ſic per officium iudicis mercennariũ. l.ediles.§.item ſciendum.ff.de edil.edict.ſuadetur hæc interpretatio ex verb. aduerſaria tua, quo verbo,oſtenditur iam eſſe conſtitutum aduerſarium,& ſic incohatum fuiſſe iudicium.l.ſi aduerſarius.C.de fide inſtrumen.

5 Ad primum aquen.pro cõmuni replicat cõtra Alex.col.tertia circa fin.nu.14.quod text.debet intelligi de ipſa editione, non de cauſa edendi, Et hoc patet ex verb. id. non enim dicit cauſam pertinere ad iudicis officium, ſed id,quod deſiderabat emilius , & ſic illud quòd exhibeantur rationes,pertinet ad iudicis officium,ita reſpondet claud.aquen.nu.14.& Dec. hic nu.20.col.8. poſt med.& in.c.i.de probatio.col.30.ante med. nu.61.Rip.col.vii.circa med.nu.19.& Curt. col. ſecunda circa med.nu.12.& Mod. Bono.numero.80.

6 Præterea,vt inquit Dec.in.c.i.nu.61.de probatio.& Curt.hic num.12.cauſa edendi debet eſſe

certa,& in iure expressa,non autem ob arbitrio iudicis pendere,ideò tex.iste, cum ait,ad officiũ iudicis id pertinere, accipi debet de editione, non autem de causa editionis,mihi magis placet prima solutio, quia qui dicunt causam edendi comitti.iudicis officio,intelligunt respectu exa minationis, seu verificationis causę, & sic venti latur causa,iudicis officio,nõ autem causa comprobatur arbitrio eius.

7 Melius est igitur, vt deffendamus, ad officium iudicis pertinere id, quod desiderabat emilius, hoc est vt aduersaria exhiberet rationes, causa tamen cognita.

8 Adhuc tamen restat scrupulus, quia hoc officium potest intelligi de mercenario, vt dixi,& licet multa effundat Dec.in.d.c.i.& hoc loco, tamen vix,negari posse videtur, quin hic agatur de officio,quod impartitur post iuditium incohatum,vt hic per Alex.quod patet ex verbo aduersaria, quo verbo ostenditur litem iam fuisse contestatam alioqui non rectè appellaretur ad uersaria.l.si aduersarius.C.de fide instrum.

9 Suadetur, ex alio quia hic agitur de editione per reum facienda,prout etiam in.l vlt.§.eod.& sic omnino præsupponitur iuditium iam esse incohatum,quando postulatur,editio,vt etiam defendunt Mod. Bono.nu.80.& ante eos probat Rip.nu.9.cum ait quã ratione subiectæ materiæ

& vt responsio congruat interrogationi, omnino intelligēdum est de editionibus iudicio iam incohato faciendis.

10 Mihi videtur quod tex. iste qui simpliciter loquitur, simpliciter debeat intelligi, nec sit distinguendum nobile a mercenario, sed posset adaptari vtrique et vtrumque comprehendit, virtute generalis significationis, licet in vno forte maior sit ratio quā in alio.l.i.§.quod autem. ff.de aleato.l.vlt.§.vxori.ff.de auro.& argu.leg. l.i.§.& generaliter.ff.de leg.præstan.

11 Semper ergo pertinet ad officium iudicis hoc, vt aduersarius edat ex causa, tam ante iudicium incohatum, quam postea eo pendente. Primo casu erit officium nobile, secundo casu erit officiū mercenarium, prout materia subiecta postulabit. Argu.l.si vno.ff.locat, & hoc est de mente bart.& doct.hic.

Nec hoc cuiquā durum videri debet, nam vnū
12 idemq; verbum diuersis respectibus eodem loco potest diuersimode accipi, secūdum gl.in.l.ii.in verb.manumitti.ff.de offi.proconf. & in.l.plautius, in verb.procuratorem.ff.de procurator.& in.l.certi condictio.in prin.in verb.non potero, & ibi Alber.col.4.versi. secundo not.ff.si cert. pet. Et generale verbum comprehendit omnes eius species, & verificatur in omni specie.l.i.§. cōuentionis.ff.de pact.l.iurisgentium.§.sed &

fraudandi eod.titu.

13 Non obstat quod vocatur aduersaria illa, quæ vrgeri ad edendum postulabatur, quia per hoc non sequitur,quod cepta lis fuerit,potest enim dici aduersaria, etiam ante litem motam.§.vlti. institut.de pœna teme. lit.& sic verbum,aduersaria verificabitur in vtroque casu tam ante quã post incohatum iudicium, secundum subiectam materiam, vt dixi de verb.officium.

14 Secundo pro cõmuni facit text.in.l.si quis ex argentariis.§.prætor.ff.de eden.ibi causa cognita edi iubebo.& in.l.argentarius in prin. eo.tit. ibi argentarius edere iubetur.

Quæ verba referũtur ad iudicem,& ad eius præcepta, & sic iussu, & præcepto iudicis fit editio.

Et hæc videntur importare iudicis officium per not.in.l.si res obligata in fin.ff.de leg. primo.gl. & doct.in.l.i.ff.de condict.ex leg.

15 Ad idem est text.in.l.quædam,in prin.eo.titu. ibi,a prætore hoc edicto compelluntur,&tex.in d.l.argentarius.§.cæterum in verb.edi iubet.

16 Alex.nu.8.respõdet quod aliunde cõstat actionem competere,ideò non attendimus, an verba sint directa ad iudicem,an non, quæ regula habet tantum locum in dubio . Ita etiam respõdet Dec.num.20.quod autem expressum sit ex lege actionem dari,patet ex multis,videlicet per tex.

in.l.prætor ait in prin.ff.de edend.l.quædam.ff. de eden.ibi cogitur a pretore per metum actio nis,&.l.vlt.ff.eo.ibi hæc actio.&.l.si quis ex argentariis.§.ex hoc edicto eo.tit.&.l.argẽtarius. §.cum autem eo.titu.

17 Ad hæc potest vnico verbo responderi, quod actio competit ex post facto.i.postquã præceptum a iudice factum,spreuit argẽtarius,& hoc admittit Bar.& alii admittunt cõmuniter, cete rum ab initio ad edendum non datur actio, sed officium iudicis.

18 Tertio pro cõmuni adducitur tex.in.l.pen.§. vlt.ff.ad leg.falc.ibi respondi ad iudicis officiũ pertinere,explorare per quæ probetur,quantũ sit in bonis,quibus verbis,apparere videtur, ꝙ officio iudicis explicatur editio. Ad hæc respõ det Dec.hoc loco num.20.quod tex.illæ loqui tur de instrumentis pertinentibus ad vltimam voluntatem, quo casu habet locum interdictũ de tabul.exhiben.vel interdictum quemadmo. testamen.aperian.secundum Bart.hic,& sic loquitur in diuersis terminis.

20 Rip.putat nu.19.hoc non admittendum, quia editum,de tabul. exhibend. Competit tãtum, quando agitur de tabulis vltimæ voluntatis.l. iii.§.solent.ff.de tabul.exhiben.l.ii §.testamenta.ff.quemadmo.testamen.aperi.Tex. autem in d.l.pen.§.vlt.loquitur de libris rationum tutelle ad-

le administrate, & sic de rationibus ad viuos pertinentibus.

10 Mod. Bono.nu.80.dicunt textum illum nil facere ad propositum, quia secundum eum, quæstio nostra est concepta, de editione, quæ fieri debet ex natura officii, habentis publicam authoritatem, text. ille loquitur de alia editione, aduerte præsupponunt Mod. vnum, quod a nemine traditum est, nec potest defendi. Immo est verius quæstionem conceptam esse generaliter, de editione, ad quā quis compellitur ex edicto prætoris, de quo, in .l. argentarius. ff. de edend.

11 Nec semper præsupponitur publica authoritas in eo, qui ad edendum compellitur, vt in mercatore est expeditum secundum doct.& sic errant Mod. Denique cōmuniter tenent doct. ꝙ hic agatur de rationibus priuatis edendis, & super hoc mouetur quæstio ab omnibus.

12 Puto tamen alia ratione ꝙ text.in.d.l.pen.ff. ad.l.falcid.non probet cōmunem sententiam, quia scilicet quæstio concepta, est de officio nobili, text. ille loquitur de mercenario, quod post incohatum iuditium imploratur, ibi enim intentatum erat iuditium, & ibi agitur de replicatione probanda secundum Ripam hoc loco, quæ non est quæstio nostra.

13 Caue etiam, quòd ille textus non loquitur de

editione, facienda litigantibus, sed iudici, ad cuius officium spectat in causa falcidiæ se informare, & explorare ea, per quæ probetur quá tum sit in bonis, prius.n.formata fuit quæstio, an teneatur ille edere legatariis rationes priuatas, in responsione non dicit edendum esse parti, sed quod hoc spectat ad iudicis officium, vt se informet de veritate. Puto tamen illud esse officium, quod incohato iam iuditio imploratur, videtis cōmunem sententiam debilibus fundamentis esse sustentatam, ideò non defuerunt multi magne authoritatis viri, qui contrariam sententiam veriorem esse arbitrati fuerint, quorum argumenta sequenti capite explicabo.

CAP. XIII.

Actio ex edicto regulariter nascitur *nu.12.*
Verba edicti di recta ad iudicem, vel ad eum qui cogitur facere, non producunt actionem, sed tantum quando sunt di recta ad eum, cui prospicitur, nu.xii.vide. *nu.13.*

1 COntrariam sententiam, quòd immò actione in factū ex edicto prodita, rationes edi oporteat, tenuit spec.in titu.de instrumen. editio.§. videndum, versi.pen.& Anto.de But.in.c.i.de probatio.& Alex.hic nu.8.qui dicit hanc sentētiam esse veriorem.Ias.hic circa fi.Dec. hic nu. 20.& ante eos.Fede.de sen.in Cons.113 & Ant. de Alex.Curt.hic in primo cōmentario, qui po stea mutauit sententiam, & comuni, adhesit, gl. sentit in.l.si quis.§.ex hoc edicto.ff.de edend. Gozad.col.pen.nu.21.

2 Pro hac opinione plura adducūtur, præcipue multe leges, quæ expresse dicūt cōpetere actionem hic est tex.in quo exprimitur, in.l.prætor. ff.eo.ibi.argentarie exercitores rationes edant. l.quædam.ff.de eden.Ibi cogitur a prætore per metum actionis.&.l.si quis.§.ex hoc edicto eo. titulo.l.argentarius.§.cum autem.ff.eod.l.vlti. eo.tit.ibi.hec actio.respondent ad hæc gl.Bart. & doct.eas leges loqui de actione, quæ datur ad interesse, post contumaciā, eius qui recusat edere, & sic non obstat cōmuni quæ vult ꝙ prius

fiat præceptum, deinde eo ſpreto detur actio ad id quod intereſt.

3 Adducitur etiam contra cõmunem text.in.l. prætor ait,in prin.ff.de eden.vbi verba referũtur ad partem,& ſic important actionem per regulam, de qua, in.l.ſi Soror.C.de collatio, ad quod reſpond.hic Dec.col.8.in fi.& Rip.num. 20.Soc.in.vii. not.& Dec.in.d.c.i.de probatio, hi reſpondent regulam hanc procedere in dubio ſecus in claris,vt per Salic.in.l.i.C.de cõdi. & leg.nos autem ſecundum eum ſumus in caſu claro, quod detur officium,& ſic ceſſat regula de qua in.d.l.ſi ſoror.

4 Cæterum hoc negari poteſt, non enim clarũ eſt officium iudicis competere,nec refert,ꝙ doct.opinentur dari,quia per hoc nõ dicitur caſus clarus, ſed dubius.per not. in c.capellanus de fer.Alex.in.l.cum prolatis.ff.de re iudic.clarius dieque in.d.l.prætor,verba referuntur, ad reum, qui edere debet,quo caſu non procedit regula,de qua in.d.l.ſi ſoror ſecundum purpu. hic num.42.

5 Præterea contra cõmunem facit text.in.l.tertia.§.pen.ff.ad exhiben.vbi ſeruus meus rationes meas conſcripſit, in carta aliena, hoc caſu vendicare non poſſum,quia ſunt in alieno dominio.l,iii.§.hac ratione.ff.de acqui.rer.domi. Ideò nec ad exhibendum agere,Dabitur tamen

mihi actio in factum ex æquitate, vt in.d.l.iii.§. pen.ff.ad exhiben.quem tex.hic allegat Alexã. nu.8.& dicit tex.illum omnino probare, alioqui non poteſt bona ratione conſtare.

6 Cum itaq; competat actio, iam clarum eſt nõ competere officium iudicis, quod datur tantũ in ſubſidium.l.quædam.§.dolo.ff.de eden.facit tex.in.l.in cauſe.2.ff.de minor.not glo.in.l.i.§. per hanc, in fin.gl.magn.ff.de reiuendi.& quod tradit Barto.in.l.in prouinciali.§.i.ff.de oper. no.nuntiati Alex.hic nu.8, qui dicit quod tex. in.d.l.iii.aliter intellectus, non haberet bonam rationem.

7 Dec.in.c.i.de probatio. col.30.circa med.nu. 61.de probatio. reſpondet quòd ille textus loquitur in diuerſis terminis, videlicet de actione ad exhibendum, non autem de actione, quæ datur ex hoc edicto, de eden.quorũ termini ſunt diuerſi, quia ſecundum eum in hoc edicto mandatum requiritur, & præterea intereſſe, ſecundum doct.at in.d.l.iii.§.pen.ff.ad exhiben.non conſtat de mandato, nec ſuper mandato fundata eſt deciſio illa, ſed agitur contra eum, qui nõ eſt dominus ſcripturæ, ideò efficacius tenetur ſecundum Angel.

8 Cauè quia ego non admitto quod mandatum ſit neceſſarium ad hoc vt argentarius compellatur edere, niſi quando nihil aliud intereſt, & re

ſpicit habilitatem petentis, non autem obligationem eius,a quo petitur.

9 Aliter reſpondet Dec.in.cap.i.colum.28.circa fin.num.60.vbi.dicit ibi eſſe caſum ſpecialem.Quod mihi placet, quia ibi rigor erat pro domino.§.litere inſti.de rerum diuiſio.petitor autem erat dominus ſcripture,& ſic ex æquitate agitur ad exhibendum, Denique text.illæ,nó loquitur de editione, quæ pertineat ad hoc edi ctum,vt etiam animaduertunt mod. Ideó nil facit ad propoſitum.

10 Pro hac opinione etiam adducitnr text.in.l. quædam.ff.de edend. in prin.cum ait cogitur a prætore per metum actionis,in factum edere,ſu per quo multi multa dixerunt.

11 Ad hoc paucis reſpondetur,&retorquetur in contrarium, cum enim ait per metum actionis compelli, ſatis abundeque ſignificat, non ipſa actione,ſed metu actionis cogi,primo igitur fit præceptum vt edatur, quo non obtemperante, datur in eum actio in id,quod intereſt, quo me tu perculſus ſæpe edit,ſeu obtẽperat qui iubetur edere.

12 Vltimo adducitur generalis regula,qua traditum eſt ex omni edicto pretoris,oriri actionem in factũ,vt tradit gl.in.§.vlt.inſtit.de interdict. l.ex hoc edicto in prin.ff.de eo per quem fact.l. iii.§.ex hoc edicto.ff.naut.caupo. ſtabul; Alex.

hic .col.vlt.circa med.purpu. col.viii.post prin. nu.40.respondetur hoc procedere quando verba edicti sunt collata in eum cui paratur actio, secus si sint ad iudicem directa.d.l.vlt.ff.de eo per quem fact.purpu.hic.col.viii. nu.41.

13 Respondetur secundo in dubio hoc procedere secus in casu perspicuo, vt scribit Salic.in.l.i. q.vlt.ff.de condict. ex leg. ad hoc tamen facilis patet replicatio vt hic per purpur. numer.41.

14 Respondetur tertio id procedere, quando ex edicto obligatio inducitur, tunc materia est potens ad actionem pariendam.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procurat. quod repugnat naturæ officii nobilis.l.qui per collusionem.ff.de actio.empti.l.quintus.ff.de annu.leg.purpu, hic col. viii nu.42. qui tamen vacillat Rip.nu. 20.sane hoc casu prætor non dat, sed comminatur se actionem daturum, sub conditione si non fuerit obtemperatum.d.l.quædam in princ.Ergo officiũ competit non autem actio.ex his patet quæstionem hanc esse difficilem.ego quid sentiam, sequenti capite explicabo.ibi vide.

CAP. XIIII.

1 VIdistis adducta in vtranque partem, in quæstione illa, in qua agitur de remedio, quod ad edendum competit, an scilicet sit actio, an vero sit officium iudicis, scio tamen plura adduci

ſolere a recentioribus,cæterũ leuia ſunt, Ideò ommittenda duxi, ego vt quandoque id, quod ſentio in medium proferam, probo cõmunem ſententiam,videlicet per officium iudicis, argẽtarios,& ſimiles ad edendũ compelli,qui ſi præcepto prætoris non paruerint,actione in factũ, in id quod intereſt, condemnabuntur.l.ſi quis ex argentariis.§.ex hoc edicto.ff.de edend.per tex.in.d.l.quædam,in verſ.per metum actionis, eod titul.

2 Pro qua opinione præter ea, quæ hoc loco a doctoribus adducuntur,valde,niſi fallor, vrget tex.in.l.vbi exigitur.§.is autem.ff.de edend.ibi qui in hoc edictũ incidit, id præſtat,quod mea interſuit,cum decerneretur a prætore,nõ quod hodie intereſt.Ex hoc tex.apparet argentarium in edictum incidere,priuſquã cõtra eum detur actio,in id quod intereſt.Item prius decernitur a prætore quam detur actio,vt oſtendit tex.ille, in verb.decerneretur,& ſic prius fit decretum prætoris,deinde ſi non ſit obtemperatum, datur actio in id quod intereſt,& hoc tuetur communem.

3 Amplius dico,quòd cum teneatur ad intereſſe is,qui non edit vt ſupra,impoſſibile eſt, in eũ dari actionem niſi prius fuerit contumax,ſeu in mora.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.celſus. ff.de verb.oblig.& per hæc concludo, ſenten-

tiam cõmuniter receptam, esse veram.

3 Erit igitur pratica quod iudex ex officio præceptum faciat argentario eumque iubeat rationes edere, & cõminetur nisi intra tale tempus ediderit, se in eum actionem in factum, in id quod interest, daturam.

4 Quo lapso, si non fuerit obtemperatum, actio aduersus contumacem dabitur, Salic. hic col. vlti.nu.10.Purpu.nu.43.& hæc colliguntur, ex. l.si quis.§.prætor.ff.de edend.ibi causa cognita edi iubebo, & ex.d.l.vbi exigitur, eo.titu.ibi cũ decerneretur a prætore, & ibi qui incidit in edictum.

5 Hoc idem ex eo manifestatur quia id quod interest, non spectatur eo tempore, quo incipit actio competere, sed tempore illo, quo fuit decretum a prætore, vt ederetur.d.l.vbi exigitur. §.is autem.

6 Accedat quod is, qui in hoc edictum incidit, cum patitur actionem, dicitur puniri.d.l.vbi exigitur, in prin.interesse enim est pena.l.iiii.§.cato.ff.de verb.obligatio.Ideò negari non potest quin præcedat aliquid, propter quod ille puniri debeat, & sic contumacia debet præcedere, quia pœna non potest esse ante culpam.l.rescriptum.ff.de his quibus vt indign.

7 Hæc conclusio comuniter recepta, amplianda est vt procedat, non solum in argentario, & nú-

mulario,ſed etiam in notario,& aliis qui tenen tur edere,iura enim hic allegata per Bar. locun tur tantum de argentario , tamen Bar.extendit ad notarium,in.l.argentarius.ff.de eden. edicti, enim verba ſtant exemplificatiue non reſtrictiue ſecundum purpu. num.42.col.8.circa med. Puto ego,notarium,non ea ratione,quam addu cunt Doct.ſed alia teneri edere ſcilicet,quia pu blicum habet officium,vt habetur in.l.ii.ʃ.eod. Argentarius non habet publicum officium , vt ſæpe dixi licet alii reclament.

8 Intellige vt procedat quando editio petitur principaliter,& per ſe,ex hoc edicto, putà ſi pe tatur iudicio nondum incohato,& ſentit hoc lo co Barto.& doct.præcipue purpu. nu.45.ſecus poſt litem conteſtatam, tunc enim mercenario officio locus eſt.vt Bar. ſcribit,& purpu.nu.47 & Mod.nu.78.& 84.& de hoc loquitur tex.no ſter ſecundum Mod .quod mihi placet,licet alii reclament, & quale ſit iſtud officium declarat hoc loco purpu. nume.49.col.ix.vbi omnino uide.

9 Fallit in caſu,de quo,in.l.iii.§.pen.ff, ad exhi bend.de quo tex.vide late Dec.in.c.i.colum.28 poſt med.num.60.vide omnino Dec.hic.col.9. poſt prin.verſ.ſecundo allegat,cuius rei illa videtur ratio,quia quaſi dominus petit exhiberi, ſecundum Bar.hic.numer.7.vide ſupra eodem

cap.xiii.nume.9.

10 Fallit secundo quando agitur ad interesse propter moram iam cõmissam, tunc non agitur officio iudicis, sed actione in factum ad interesse.l. si quis ex argentariis.§.ex hoc edicto.l.vbi exigitur.l. argentarius.§.cum autem.l.vlti.ff.eod. Bart.hic num.7.& docto.cõmuniter, cuius rei adducitur ratio hic, per Rip.in fi.vbi vide.

11 Limitatur vt non procedat, quando præcessit contractus generalis; ex cuius natura tenetur quis conficere librum rationum, tunc non iudicis officio postulatur, sed actione ex illo contractu petitur.l.i.§.officio.ff.de tutel. & ratio distraen.l.quædam primo responso.ff.de eden. & ita tenent Bartol.hic numer.7.& communiter doctor.

12 Quam limitationem veram esse tradit Rip.hic num.22.eamque tanti esse momenti vt confundat totum tractatum de edend.quia argentarius & notarius conficiunt rationes, & instrumenta ex mandato alterius, tamen non tenentur actione mandati.

13 Breuiter secundum Doct.potest respõderi, quod non virtute mandati sed ex necessitate officii scribunt, & sic non competit act.mandati vt hic animaduertit gl.& Bart.patet secundum barto. quia mandatum debet esse gratuitum.l.i.ff.man. quod hic non euenit, sed fit ex necessitate.

14 Item respond.per ea quæ hic tradit Soc.nu.12. vbi ait,quòd ad hoc,vt quis compellatur edere, actione ex contractu,præcedenti,oportet ꝙ talis contractus contineat in se cõmissionem administrationis, prout est societas,tutela, negotiorum gesto.& similes de quibus in.l.quædam, in prin.ff.de edend.alias non petitur editio per actionem descendentẽ ex contractu,vt hic,vbi præcessit depositum, tamen non petitur editio actione depositi,sed officio iudicis,quia depositum continet custodiam simplicem,non autem commistionem administrationis,Soc.hic.

15 Et quod argentarius cogatur est tex.in.l.prætor in princ.Idem est in notario, qui nisi conficiat instrumentum, potest priuari officio Dec. hic nu.21.& Rip.nu.23.

16 Melius responde quòd mandatum non consideratur in materia ista,nisi vt constare possit de interesse postulantis,[si forte aliter non interfit.d.l.si quis.§.pertinere.ff.de edend. compellitur autẽ argentarius ex edicto, non ex mandato.l.prætor.in prin.ff.eo.l.argentarius eod.titu. tex,autem in.d.l.quædam habet alios terminos, quicquid dicat.Rip.

17 Fallit præterea in instrumentis pertinentibus ad vltimam voluntatem, pro quibus edendis competit interdictum, vel de Tabul. exhibendis,vel quemadmodum testamentam aperiun-

tur, secundum Bartol..hic in.l.pri.ff.de tabul. exhiben.& Rip.nu.26.& purpu.nu.81.& alios vide tex.in.l.ii.ff.de tabul.exhibẽ.vbi distinguitur is.qui negat se tabulas habere,ab eo qui fatetur.

18 Primo casu recurrimus ad edictum de tabul. exhibend. Altero casu habet locum remedium, de quo in.l.i.ff.quemadmo.testam. aperiant.de quo vide glo.vlt.in.l.vii.ff.ad exhibend. & specul.in titul.de instrum.editio.§.videndum col. vlt.& glo.in.l.i.§.si quis forte.ff.de tabul.Exhiben.in verb.oportere & purpu.hic col.pen.anmed.num.51.Cætera vide per Mod.

CAP. XV.

Reus ex causa tenetur edere rationes nu.1.
quid de instrumentis, vide remißiue nu.1.
Causa edendi debet esse in iure expressa. nume.2. & .3.
Numularii ad exemplum argentariorum edunt. & quare. nu.3. & .4.
Nemo sine causa edere cogitur. nu.6. & nu.8.
Numularii similes argentariis, & quomodo. num.4. & .5.
Causa edendi alleganda, & probanda est. nu.7.

1 NOt.vltimo quod reus,ex causa tenetur edere actori rationes suas,& sic interdũ,non regulariter,sic etiam ex causa editur argentario. l.si quis.§.prætor,&.§.prohibet.ff.de edend.& iterum postulanti, ex causa edendum est.d.l.si quis.§.vlt.hoc not.colligit bart. ex hoc text.& Docto.omnes,addunt Docto. etiam instrumenta,& sic concipiunt axioma indefinite,seu generaliter,quod expressius tradunt Doct. in.l.vlti. ʃ.eo.de qua re alibi agam. videlicet lib.3.ca.vlt. nunc de rationibus tantum verba sum facturus.

2 Causa ista,quæ hic non exprimitur debet esse à iure determinata,non autem a iudice excogitanda,Dec.in.c.i.col.30.ante med.nu.61.de probatio.Purpu.tamen hoc loco·col.iii. ante med. nu.9,dicit non oportere,quòd causa sit iure expressa, sed iudicis arbitrio ammittitur, & hoc sentit Alex.in.l.vlt.ʃ.eo.in.xvi.limit.& alii,qui admittunt iudicem,ex officio,posse ex causa cogere aliquem ad edendum,& exempliplificãt. in eo,qui casu maiore,probationes conquisitas, & summa diligentia custoditas,amisit,& in hoc consentiunt Mod. Bonon.hoc loco nu.32.qui tamen dicunt oportere causam hanc esse magnam,secundum Rot.in decis.213,in nouis idẽ Moder.repetunt nu.80.

3 Mihi placet oportere causam esse legibus ex-

pressam, nihil enim edendum est, quod non iubetur edi.l.i.§.edend.&.l.ii.ff.de eden.vide omnino ea quæ dicturus sum.ĵ.libr.4.cap.vlt.Non obst.tex.in.l.quædam.§.numularios.ff.de eden. vbi nummularii, ad exemplum argentariorum coguntur edere, ad hoc respondeo nummularios secundum quosdam esse speciem argentariorum, vt per Bude.in annotati.in pandect.in. l.si hominem.ff.deposit. super quo uide quæ dicturus sum.ĵ.lib.4.cap.iii.& ad hoc optime facit tex.in.d.l.si hominem.§.pen.&.l.seq.vbi argentarii & nummularii ponuntur pro eodem, & sic sunt idem in genere differunt tamen tanquam genus, & species, vt in.d.§.numularios quo admisso, nulla fit extensio, sed declaratio, in.d.§. numularios, nam in genere comprehenduntur omnes eius species.l.i.§.cõuentionis.ff.de pact. l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.eod.titul.l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de leg.3.

4 Si verò admittimus differre specie, sunt tamen omninò similes, adeò vt dictum de vno, habeat locum in alio.d.l.si hominem, cum.l.sequent.& tunc sumus in regulariter æquiparatis quo casu dispositum in vno, habet locum in alio.l.ii.C. cõmunia de leg.Docto.in.l.i.ff.de leg.i.

5 Admittam igitur, vt in personis omninò æquiparatis, habeat locum ædictum, de quo in.l.prætor.ff.de edend.in cæteris seruabitur regula, de

qua

qua.in.l.i.§.edend.eo.tit.& sufficiet dicere non iubetur edi ex tali causa,ergo non est edendam. l.ii.eod.titul.quicquid dicant Doct.vide.ĵ libro iiii.cap.iii.

6 Aduerte etiam,cum ait lex nostra,ex causa,innuit quod sine causa nemo cogitur edere, ita argumentatur tex.in.l.si quis.§.prætor,&.§.prohibet.ff.de edend.& ibi gl.not.& tex.in.l.iuris gentium.§.dolo.ff.de pact.& ibi glo.not.

7 Ex hoc sequitur,quod allegás causam subesse, debet eam probare, secundũ Soc.in primo not. quia quando à regula recedimus, ostendenda est causa,propter quam iustificetur actus,secundum Inno.in.c.præterea,de dilatio. bart.in.l.ii. col.i .ff.si quis in ius vocat , non cer.Dec. hic in quarto not.nu.7 .& alleganti exceptionem contra regulam ,incumbit onus probandi.bart.in.l. quoties.ff.si quis caution. & qui habet regulam pro se , dicitur habere fundatam intentionem, vt tradit gl.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& Decius. in.l.i.numer. 6. eodem. titulo. & dicit Bartol.in.l.quoties.ff. si quis cautio illud non esse dubium,de quo est regula , licet sint aliqui casus specialis , idem bart.in.l.ii.colum.2.circa med.nu.i.ff.si quis in ius vocat.nõ ier.dicit nos intelligi esse certos.de eo,quod est regulariter verum.

8 Itaque nisi causa edendi fuerit probata, nemo

cogitur edere, vt hoc loco tradit Soc.in primo. not.& Dec.in quarto.not.nu.9.& purpu.col.2. circa princ.vers. limitatur, nu.5.& Mod.bono. nu.32.qui dicunt etiam in decreto iudicis, causam esse exprimendam, propter quã iubet edere, prout etiam exprimenda est causa, propter quã victus absoluitur ab expensis. vt per Ias.in. l.properandũ.§.sin autem alterutra, col.4. ver. vlti. pro perfecta, nu.10.C.de iudic.vide etiam quæ dicam ad hoc propositum.j.lib.vlti. ca.vlt. Que autem sint causæ propter quas reum edere oporteat, inferius singillatim explicabuntur.

Explicit liber primus.

CAMILLI
Plautii Pæzonis

Iuriſconſulti Fontanellatenſis.

AD L. I. C. DE EDENDO commentariorum.

Liber Secundus.



CAP. I.

1 CAusæ nunc sunt exprimendæ, ob quas, reus cogi potest rationes suas actori edere, prima causa edendi ea adduci solet, scilicet, si mandato meo tractata fuerit ratio, & præterea mea intersit, & sic vtrumque concurrere oportet man datum scilicet, & interesse, ex hoc eueniet, vt non sufficiat alterutrum, & sic nec solum mandatũ sufficiet, nec solũ interesse, ad hoc vt reus cogendus sit actori edere, ita tradit glos.hic &

Bar.per text.in.l.si quis ex argentariis.§. pertinere.ff.de eden.& sequuntur cōmuniter Doct.

2 Huius cōclusionis ratio illa adduci potest,quā exprimit tex.in.l.prætor.§.i.eo.titu.vbi quodāmodo meum instrumentum existimatur, quod mei causa factum est, & sic quodāmodo cōmunes reputantur rationes istæ Bald.hic in prima opposi. Albe.hic in prin.ideò æquum est vt mihi edantur.d.l.prætor.§.& in hac sententia,scilicet quòd vtrumque debeat concurrere,vt fiat editio, sunt ferè omnes antiqui, & recensores.

3 Hanc conclusionem probat Bart.in.l.prætor. §.i.ff.de eden.& Ioan. in addi.ad specul.in rub. de instru.editi.fel.in.c.i.col.8.circa med. versi. limita quarto. nu.13.de probatio.bal.in.d.l.prætor.qui dicit ita ex consuetudine seruari, Dec. in.d.c.i.col.xx.post prin.vers.secundo principaliter nu.47.de probatio.Soc.in.l.vlti.col.2.prope fin.nu.13.ſ.eo.Alexan.hic col.2. in princ.Fulgo.col.i.in fi.Dec.col.3.in fi.nu.10.& Rip.col.3. in princ. vbi tamen distinguit. Bald.col.ii.ante med. Aret.col.i.circa med.nu.3.Curt.col.2.propè fin.nume.13.vbi ait,quòd ita tenent hoc loco Doct.omnes.Vicomerc.col.v.circa med.num.26 claud.hic in prin.nu.2. Gozad.col.2.circa med. nu.7.Mod.bono.nu.38.& alii ferè omnes quos longum esset recensere.

4 Ego arbitror illi esse edendum, cuius interest, etiam si sine mandato suo rationes fuerint confectæ, quo fit, vt non vtrumque exigatur, sed sufficiat alterutrum, hoc primus omnium, animaduertit subtiliter, Ioan.purpu.hoc loco, col.3.circa med.nu.21.versi.sed aduertendum, vbi ait tentari posse, vt mandatū nō sit necessarium, quādo postulatur editio, & subiicit sufficere interesse, & ꝙ probato mādato: dicitur probatū interesse iuxta text.in.d.l.si quis.§.pertinere.ff.de eden. Hæc sententia mihi videtur verissima, cæterum, quia purpur. per functorie agit, opere præcium duxi eam fundamentis iactis statuere, & ea quæ obiici possunt, quæq; male torquent Doct.tollere, quæ hactenus ab vllo vnquā sublata non vidi.

5 Pro qua opinione facit text.in.d.l.prætor.in prin.vbi recitantur verba prætoris edicti, quibus iubentur edi postulantibus rationes, quæ ad se pertinent.i.quæ ad ipsos postulantes pertinēt. & ita interpretantur hæc verba, in.l.quædam.§. ceterum eo.titu. Cum itaque simpliciter edi iubeantur his, ad quos pertinent, putabo non esse supplendum edictum, sed sufficere, quod mea intersit, vt mihi edatur, nam verbum pertinere hoc significat.l.verbum pertinere.ff.de verbo.signif. Ideò verba legis generalia generaliter erunt intelligenda.l.i.§.& generaliter.ff.de leg.præstan. & quidem sine distinctione, cum lex non distin-

guat.l.de prætio.ff.de publician.& cum verba legis conueniant,& verificentur in solo interesse, habebit etiam locum dispositio.l.iiii.§.toties.ff. de dam.infect.

6 Secundo adduco text.in.d.l.quædam §.cæterũ ff.de edend.qui dicit omnibus postulantibus, & iurantibus,non calumniæ causa petere, iuberi à prætore edi rationes,quæ ad se pertinẽt,sunt edicti prætorii declaratoria, & aperte iubẽt edi. his,ad quos pertinent.nec requirunt mandatum, nec supplendum est quod edicto non exprimitur.

7 Accedat, quod text.ille declarat, quid sibi velint verba illa in edicto posita,videlicet,ad se pertinere,& ait ad nos pertinere si contraximus,vel successimus ei,qui contraxit,sed & tunc pertinere dicitur ad nos; si is qui in nostra est potestate contraxit,quibus ex verbis satis superque liquet, locum esse edicto,si nostra intersit ex aliquo cõtractu,& sic mandatum non est necessarium, quã ob rem, sufficit quod rationes fuerint confectæ ex causa contractus mei,vel eius cui successi, licet mandato meo scriptæ non fuerint; quicquid dicunt Docto.

8 Tertio pro hac sententia, facit text.in.d.l.prætor.§.i.in verbo.mei causa eo.tit.qui text.non se restringit ad rationes mandato meo factas,sed generaliter loquitur,de eo,quod mei causa factum

est,& id edi iubet,sanè mei causa dicitur factum etiam id, quod ex causa contractus mei scriptũ est.d.l.quædam.§.cæterum, ergo sufficit quòd mea intersit.

Et sic retorquetur tex. illæ,qui pro communi adducebatur, verbum.n.ex causa generale est, nec ad solam mandati causam pertinet, sed ad quamcunque,ex quocunque contractu,de quo in.d.l.quædam.§.pen.eo.titu.

9 Quarto adduco tex.in.l.si quis ex argentariis. §.ex hoc edicto.eo.titu.qui generaliter dicit apparere ex illo edicto,ita demum edendum esse, si ad illum pertineat.quod verbum, est generale,nec temere restringendum est ad solum casum, in quò mandatum concurrat.l.i.§.generaliter.ff.de legat.præstan.

10 Quinto non potest adduci ratio,quare verba edicti,quæ loquuntur generaliter de eo,ad quẽ pertinent, debeant restringi ad eum solum,ad quem pertinet ex causa mandati,ex quibus concludo edendum esse illi, cuius interest ex quacunque causa,licet eo mandante non fuerit scripta ratio.d.l.prætor.§.i.eo.titu.

11 Sexto simile est in editione testamenti, quæ fit omnibus quorum interest,sine mandato.l.ii. & ibi glo.ff.quemadmod.testamen.aper.l.i.ff.de tab. exhib. nec ego admitto facile differentiam inter vltimos voluntates,& actus inter viuos.l.

ſeruum filii.§.eum qui, & ibi Iaſ.in tertio nota. ff.de leg.primo & in.l.i.col.ii.prope fin.C.de inſtit.& ſubſtit.præſertim quia eadem ratio ſubeſt vtroque caſu, nam editur his quorum intereſt in vltima voluntate.d.l.i.ff.de tabel.exhibend. ideo nemo excluditur cuius intereſt, hæc ratio militat in editione argentarii.d.l.quædam.§.cæterum.ff.de eden.Ideò nemo debet excludi, cuius interſit.

12 Settimo facit text.in.l.vlt.ff.de bono. auctor. iud.poſsid.vbi editur creditoribus, ſine mandato, dummodo interſit, text.parum vrget facit text.in.l.iii.§.pen.ff.ad exhibend. ad quem reſpondit Curt.& reſpondent Mod. bono.num. 37. de his non curo, mihi ſufficiunt priora ſex fundamenta, quæ meo iudicio tolli nó poſſunt, quicquid dicant Mod. Bono. qua opinione retenta, non obſtat text.in.l.ſi quis.§.pertinere.ff. de edend. quin ad id reſpondet purpu. hic col. 3.num.21.quod quia ſuboſcure facit, ego ſequenti capite latius explicabo.

C A P. I I.

L.ſi quis ex argentariis.§.pertinere male à Doctо.intelligitur nu.1.
Verus ſenſus traditur nu.1 & .2.
Si modo.i.ſi tantummodo. nu.3.

Si modo.i.si tantummodo nu.3.
Genus comprehendit species comprehensiue. nume.5.
Argumentum affirmatiuum à genere ad speciem.non valet illatiue nu.v.& .6.
Mandatum non est necessarium ad hoc,vt quis cogatur edere nu.7.
Furtum nouissimorum quorundam detegitur.

1 Ext.in.l.si quis.§.pertinere.ff.de eden.male torquet Docto.in cuius vero sensu percipiẽdo omnes lapsi sunt; quæ res genuit falsas opiniones,erroresque turbulentos; & in maximarum rerum ignoratione versari nos cogit. Ego quo ad, per me fieri poterit, in tantis tenebris lumen aliquod afferam, quo error iste eripiatur,ait lex illi esse edendum,ad quem res pertinet.pertinere autem dicitur,si modo me mandante tractata fuerit ratio.ver.iste: declarat verba illa edicti, ad quem res pertinet,& ostendit quã late pateat hoc verbum pertinet, quod est adeo amplum vt etiam si nihil intersit mea, tamen sufficit que meo mandato ratio fuerit tractata.d.§.pertinere Docto.tamen aliter intelligunt illum text.& sentiunt quod restringat verbum pertinere,vt ita demum dicatur pertinere, si me mandante scripta fuerit ratio.
2 Sed est verius,quod text.illæ nõ restingit ver

ba edicti, vt credunt Doct. sed declarat, & ampliat, vt dicatur ad me pertinere, etiam si ex sola mādati causa pertineat, & hoc casu licet mea non intersit pecuniariter, ratio erit mihi edenda, quo sensu admisso, retorquetur tex. ille, contra communem, probat. n. generaliter, quod ex quacunque causa mea intersit, etiam si ex sola mandati causa intersit, dicitur ad me pertinere, & mihi edi debet.

3 Et tunc verb. si modo interpretari debet, id est si tantummodo, si dumtaxat, ita accipitur apud Liui. libr. i. ab vrbe condi. cum ait modò dirutis vnius vrbis tectis, duo populi sunt cōfusi. i. dumtaxat seu tantummodo dirutis, in eodem sensu etiam accipitur apud Cicero. in epistol. libr. vi. ad Amp. balb. in fi. fol. 90. ita etiam accipitur in l. i. C. de testa. milit.

4 Et quod ita intelligi oporteat, demonstro. Iurisconsultus in. d. l. si quis. §. ex hoc re cita t verba edicti, quæ iubent edi ei, ad quem pertinet. postea in. §. pertinere, declarat quàm latè pateat verb. pertinere igitur non possumus dicere ꝙ restringat ad solum mandati interesse, quia hoc nil aliud esset quã interpretari animal, id est, hominem.

5 Quod absurdum est, & ineptum. nam verum est quidem in genere comprehensiue contineri species omnes. l. i. §. conuentionis. ff. de pact. l.

iuris gentium.§.sed si fraudandi eo.tit.l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de leg.iii.Angel.in.l. qui vsum fructum ff.de verbo. obligatio. Illatiue tamen non valet argumentum affirmatiuum a genere ad specie͂.l.inter agnatos, cum ibi not. ff.vnde legit Alexa͂.in.d.§.sed si fraudandi bald. in.c.i.tit.per quos fiat inuesti. Rip.in.l.i.ff.si cer. pet.non enim recte ratiocinatur, qui dicit anima͡l est ergo non aliter verificatur,quàm in solo homine,sed e conuerso,recte dicimus,homo est ergo animal est.

6 Ita in proposito,non rectè loquimur cum dicimus,verba edicti sunt concepta de eo,ad quem pertinet,ergo comprælendit tantum eum, cuius interest ex causa mandati.contra autem si interfit etiam ex sola causa mandati;recte dicetur ad nos pertinere,& ita locutus est Iurisconsultus,qui ita debet intelligi,ne alioqui iuris consultus male, & inepte videatur interpretatus verba prætoris generalia.

7 Concludo non esse necessarium mandatum, nec expressum,nec tacitum,ad hoc vt argentarius edat,sed sufficit quod postulantis intersit, ex causa alicuius contractus,prout in.l.quædam §.cæterum.ff.de edend.fateor tamen quod si nihil pecuniariter intersit mea,si tamen mandato meo tractata fuerit ratio,mihi erit edendum.d. l.si quid §.pertinere quicquid dicunt Moder.

Bono.cum sua longa distinctione nu.37.

8 Et hæc memoriæ mandate, & perpetuo tenete, quia a nemine vnquam pro dicta fuerunt,& magnum vobis lumen afferent, in explicandis multis,magnisque quæstionibus ad hanc materiam pertinentibus, præsertim ad eam, quæ de Mercatorum libris tractatur,& in qua sæpe recurritur ad mandatum tacitum,seu subauditum dum verentur Doct.ne alioqui sine mandato nemini edi oporteat, de qua re postea loco suo agetur,non omitto hæc ex ore scholarium meorum palam,& sæpe decantata ad modernissimorum quorundam aures peruenisse, eosque hæc quasi sua inuenta palam vsurpare,& sibi ascribere non erubuisse, sed vnum illud me consolatur,circunferri adhuc eius manuscripta commentaria, ter quaterue dictata, in quibus apparet eum semper sequutum fuisse opinionem communem gratulorũ etiam hunc sensum illi adeo placuisse,adeòq; probatum fuisse,vt inuentori gloriã aliquã acquiri posse existimauerit,& ob id furto non inuerecundo se accinxerit, ex eius enim iudicio gloriam non paruã mihi partam esse intelligo,& sensus hosce meos ab aliis. probatos iri confido, vide tamen quæ de mandato sum dicturus capite sequenti, ex quibus intelliges quanti in materia ista mandatum debeat estimari.

CAP. III.

Mandati causa non est sufficiens vt mandatarius cogatur edere,nu.1.& nu.3.&.4. nisi mandatarius sit argentarius,vel similis qui regulariter teneatur edere.nu.1.&.2.
Mandati causa respicit eum,qui petit edi.& calumniam abigit,nu.3.& nu.7.
Error Paul.cast.nu.5.
Mandatum generale sufficit,vt quis cogatur edere .nu.6
Mandatum non oritur ex consuetudine scribendi nu.8.
Rationum libri olim a multis fiebant,non tamen mandato contrahentis intelligebantur facere nu.9.
Consuetudo qualis inducat mandatum nu.10. &.11.&.12.&.14.
Mandatum generale comprehendit solitam fieri a mandante vt mandatario. nu.12.
Consuetudo non extenditur.nu.12.&.13.

1 CIrca mandatum ad illud puto aduertendum. ad quod non aduertunt doct. causam hanc, quæ prima in ordine recensetur, non esse idoneam causam,propter quam quispiam cogi possit edere,fateor ego ex mandato probari interesse,iuxta text.in.d.l.si quis ex argẽtariis.§.per-

tinere.ff.de edend,& sic is qui mandauit in ea causa est,vt non posit reppelli,quasi callumniator, aut quasi petens superuacuas rationes, de quo loquitur text.in.l.si quis.§.exigitur.ff. de edend.l.quædam.§.cæterum eo.titu.

2 Hoc casu obtinebit agendo contra argentariũ vel similem, de quo loquitur text. in.d,§.pertinere tunc enim & postulatur ab eo,qui iubetur edera,& postulat illæ, qui est idoneus,cæterum si petat ab eo, qui regulariter non iubetur ex edicto,mãdatum nihil proficiet,hæc igitur proderunt contra argentarium, & contra similes, qui prætoris edicto iubentur edere.d.l.prætor in prin.sed contra alios nihil opitulabuntur.

3 Et ob id puto inepte inculcari causam huiusmodi a doctoribus,nec quicquam facere ad propositam materiam legis nostræ,in qua agitur de causis pertinentibus ad eum, a quo postulatur editio,& ob quas compelli potest edere, causa autem mãdati,quæ inculcatur, pertinet ad eum qui postulat edi, quæ sunt lõge diuersa, & quæ nihil commune inter se habent.

3 Dico igitur ꝙ,si priuatus quispiam argentario absimilis, mandato meo conficiat rationem, ad me pertinentẽ,non poterit cogi edere, nõ quia mea non intersit, sed quia de illo non loquitur prætoris edictum.l.argentarius,in prin.in verb. absimiles.ff.de edend.

5 Licet Pau.Caſt.teneat contrarium in.l.procu rator.§.eo.cuius ſententia poſſet procedere in terminis,de quibus loquitur tex.in.l.quædam. eo.titulo,& hæc bene not.quia nemo ad ea aduertit præter Mod,bono.hic nu.64.qui diſtinctionem hanc ſub odorati ſunt,eam tamen non omnino aſſecuti fuerunt, ibi vide, quia aliqua percipies ſcitu non indigna.

6 Si tamen mandatum meum ſit generale, hoc eſt ſi negotiationem aliquam generalem alicui adminiſtrandam cõmiſerò,tenebitur mihi procurator illæ rationes edere, non ex hoc edicto, ſed ex cauſa mandati.l.quædam.ff.de edend. Declarat Paul.Caſt.in.l.procurator.§.eo.qui tamen in eo errant,quod aiunt ex mandato particulari,compelli poſſe mandatarium ad edendũ iudicis officio, nam hoc non eſt verum, niſi is qui conuenitur ad edendum,ſit talis qui ex edicto vrgeri debeat ad edendum,qualis eſt argentarius,vt dixi.

7 Quia mandatum conſideratur ex parte eius qui petit.l.ſi quis.§.pertinere,eo. titu.non autẽ ex parte eius a quo petitur.d.l.ſi quis.§.rationẽ in verb.mandatum,& in verſi. extra.rationem, & hæc valde nota,quia Doct.aliter loquuntur, & ex his facile intelligis quid,quantũq; ſit profuturum mandatum tacitum,vel expreſſum, in quæſtione mercatoris,de qua re ĩterius agetur.

Illud

8 Illud præterea non est omittendú, quod etiá animaduerterunt Mod.Bono.nu.65.ex consuetudine conficiendi librum rationum non oriri mandatum, credendum est.n antiquitus fuisse multos institores, & exercitores, aut tabernis præpositos, qui rationes cóficere soliti fuerint, tamen nuspiam legimus eos, si quid scriberent, mandato contrahentium scripsisse, præsumi.

9 Et quod multi rationes conficerent, ostendit text.in.l.eius qui in verb.calendario.ff. si cert. pet. & in.§.si peculium, instit.de legat. & in.l. cum seruus. in fin.ff.de conditio, & demonstrat.

10 Ad aliud aduerte, quod leges adducte per doct.non probant ex consuetudine induci mádatum, nisi sit consuetudo generalis, non dico scribendi aut conficiendi rationes, sed dico mandandi, hoc est si contrahentes soliti fuerint mandare mercatori, vt suo nomine scribat rationem, hoc casu ratio quæ scripta reperitur præsumetur scripta ex mandato contrahentis, propter consuetudinem generalem mandandi.

11 Ita procedit tex.in.l.ꝙ si nolit.§.quia assidua. ff.de edil.edict.& .l.manumissio.ff.de manumi. vindict.&.l.si pignore.§.vlt.ff.de pigno.actio. consuetudo scribendi, cóficiendique rationes in aliqua negotiatione, hoc operabitur, vt ego

K

qui te prefeci huic negotiationi,intelligar etiã iniunxisse onus conficiendi rationẽ,per supradicta.

12 Idem est si contrahentes soliti fuerint mandare, vt describatur sua ipsorum ratio, hoc enim inducit mos, qui frequentatur in regione illa, & is seruandus est,& subauditur.l.vlt.C.de fideiusso.cæterum si exercitores ex consuetudine solent conficere rationes sui actus, contrahentes autem hoc non solent mandare,consuetudo solius exercitoris, non inducet tacitum mandatum in singulis contrahentibus, hæc.n. sunt diuersa,ad quę non extenditur consuetudo.l.quod non ratione.ff.de legibus.

13 Et sic sumus extra consuetudinem, proderit tamen ei, qui præfecerit tabernæ institorem, quia in generali administratione commissa,cõtinetur etiam id quod præpositus facere consueuerat.l.titianus in fin. ff.quod cum eo.[&] etiam illud quod facere consueuit ille,qui mandauit.l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actio.

14 Et aduerte quod aliud est,quòd ego ex cõsuetudine similium exercitorum debeam conficere rationes,aliud quod tunc mandato contrahentium intelligar fecisse,quod bene nota.

Ad hoc igitur vt mandato meo ratio scripta intelligatur,probari oportet,consueuisse contrahentes ex more mandare exercitori, vt ra-

tionem cuiusque conficiat.d.l.vlti.C.de fideiussor.&.d.l.quod si nollit.§.quia alsidua.ff.de edil.edict.cum similib.

15 Et hoc forte sensit. Rip. hoc loco colum.4. in fin.numer.viii.cum ait Bartol. & sequaces intelligere de consuetudine conficiendi librum cōmuni nominė,& ad vtriusque contrahentis instructionem,& ꝙ ita declarat Pau.ca. in.l.argentarius.ff.de edend.quod dictum est memoratu dignum, & a paucis intellectum, & hac consuetudine in hunc modum præsupposita, rectè ait Bart. præsumi rationem mandato contrahentis scriptam fuisse,tamen non est necessarium hoc mandatum tacitum,quia sufficit me cōtraxisse cum exercitore, vt ad edendum compelli possit.l.quædam.§.vlti.ff.de edend.

CAP. IIII.

Notarius edet illi cuius interest, *nu.1.*
dum tamen etiam eius mandato factum fuerit instrumentum *nu.i.&.2*
verius est sufficere alterutrum. *nu.4.*
Acta publica edi debent cuilibet,cuius interest. *nu.5.*
instrumenta quoque *nu.6*
Instrumentum quod quis vult oppugnare,edi debet.nu.7.&.8.

DE Notario dubitatum est, quibus & quando instrumenta edere debeat, qua in re cõcludunt Doctores, eum teneri edere illi, cuius interest, dum tamen eius mandato seu præcibus instrumentum fuerit confectum, ita tradit glo. in.l.prætor in princ.ff.de edend.& ibi bart.& Bal. qui ita ex consuetudine obseruari tradit, & Ias.col.2.nu.7.& sequuntur cõmuniter doc vt attestatur Dec.in.cap.i.col.xxiiii.ante med. nu.47.de probatio bar.in.l.vlt,ff,de tabul. ex-

hiben. in versi. expeditis.Bal.in.l.vlti.col.pen. versi.etiam quæritur.q.i.j.eod.

2 Et sic duo copulatiue requiruntur, ad hoc vt notarius compelli possit edere, amplius dicunt Mod.bono.hic nu.42.non sufficere tacitū mandatum, per nota.in.l. sciendum.ff de verbor. obliga.

3 Aduerte,error iste,qui vtrumque exigit,processit ex eo,quòd tradunt Docto. hæc in argentario locum sibi vendicare,& argentarium habere publicum officium, cæterum neutrum est verum,nec enim publicum est argentarii officium,nec exigimus,vt mandatum cum interesse concurrat, ad hoc, vt argentarius teneatur edere, vt paulo ante demostraui, & sic tollitur fundamentum,quo vtuntur Docto. cum argumentantur ab argentario ad notarium.

4 Dico igitur,sufficere quod mea intersit,vt possim cogere notarium ad edendum.l. præcipimus.§. in his.C.de appellatio.l.in fraudem.§. quoties.ff.de iure fisc.c.quoniam cōtra, de probation.l.ii.j.eod.

5 Pro hac opinione facit id,quod scribit Bart. in.l.i.§.editiones.ff.de edend.vbi ait acta publica esse edenda his, quorum interest, licet non suo mandato fuerint gesta, & est tex.in.l.ii.& ibi Docto.j.eo.Fel.in.c.i.col.ix.in fi.versi.limita.viii.de probation.nu.17.&.18.

6 Nec ratio differentie satis concludens adduci potest inter acta,& instrumēta,dicant alii quicquid velint,præsertim quia nullo iure cauetur, quòd mandatum sit necessarium , sic creditor, cui bona debitoris sunt obligata, obtinere poterit, vt sibi edantur instrumenta debitoris, si sua intersit ea habere, licet cum aliis facta fuerint,vt tradit.Bart.in.l.si quis.§.pertinere.ff.de edend.& ibi Angel.tradit etiam Bar. in.l.vlt.in secundo not.ff.de bono.auctó. Iudic. possid. & Bal.in.l.instrumenta.vers.quero ecce habes.C. de fideiusso. & Bar. in.l.Arist.ff.iure delib. refert & sequitur Dec.i.d.c.i,col.xxv. post med. nu 51.Fel.ibidem.nu.16.col.ix.

7 Quæ decisio vera est,licet ratio ab eis adducta,nō sit vera,sic etiam qui vult oppugnare instrumentum illud,vt exhibeatur,postulare potest, licet eius mandato factum non fuerit , vt tradit Bal.in l.vlt.col.vi.nu.2 ĩ.eo.fel.in d.c.i. nu 18.Ideo filius exheredatus,qui vult paternū testamentum vti inofficiosum dicere , obtinebit vt edatur illud, secundum bal.in.d.l.vlti. & in.l.si quis affirmauerit.ff.de dolo, cui consentiunt Docto.vt ait Dec. in. d.c.1.col.xxiiii.post med.nu.41.

8 Licet ipse non probet rationem,ab eo adductam,quā nec ego probo, sed vera ratio ea est, quia interest filii exheredati habere testamen-

tum, ideo illi edendum est l.ii.in vlti.respõ-so,& ibi glo.ff.quemadmo.testa.aperi.&.l.i.§. hoc interdictum.ff.de tabul.exhiben.nec est ad mittenda differentia inter contractus, & vltimas voluntates, vt dixi hoc eod.lib.2.capit.pri. nume.11.

9 Ex his infertur, quòd si instrumentum de re aliqua me absente factum fuerit,& res illa principaliter ad me pertineat,erit mihi edendum, nec erit necessaria rati habitio quam fieri posse & necessariam esse,credidit Aret.in.c.i.de probatio quem ibi sequitur fel.col.ix.num.14.sed improbat Dec.in.d.c.i,col.xxv.circa med.nu. 50. qua in re ego quoque rationem improbo, scilicet ratihabitionem fieri non posse, per ea, quæ ibi scribit Dec.dico tamen nõ esse necessariam,& quod sine ea edi debet.

10 Infertur etiam veram esse Pau.Cast.sententiã in.l.quædam iu prin.ff.de edend.cum ait teneri notarium exhibere iudici prothocolum, ad instantiam cuiuslibet interesse prætendentis, licet eam improbent Alex.ibi,& Dec.in.d.c.i. col.xxvi.in prin. num.52.de probatio,& male, qui præsupponũt pro vero,axioma illud,ꝙ sine mandato non fiat editio,quod est falsum,& eo. sublato corruũ mirabilia quæ super edificant doct.quæ longum esset recensere.

11 Infertur etiam falsa esse, quæ scribit Ias.in.l.

prætor.col.ii.ff.de eden nu.9.cum ait eum, qui non rogauit notarium vt conficiat instrumentum,non posse eum cogere,vt sibi edant,etiam si sua intersit,quod dicit esse valde notandum, sed falsum est.

12 Amplius dico, quòd, si quis rogauerit notarium,vt conficiat instrumentum, poterit obtinere vt sibi edatur,licet alia ratione sua non intersit,quã ex causa mandati per tex.in.l.si quis §.pertinere.ff.de edend.Ideo donatori etiam post donationem perfectam edendum erit instrumentum donationis eius mandato confectum, licet sua non intersit, nisi ex causa mandati.

13 In hoc tamen contrarium tenet gl.in.d.l.prætor quæ dicit quòd donatario tantum edi oportet,non donatori,& id singulare putat Pau.ca. & mod.in.d.l.prætor,quod etiam probat bart. in.l.qui instrumenta.C.de fideiusso.& Ias.in.d. l.prætor.nu.8.sed errant,quia existimant mandatum,& interesse, cõcurrere oportere, quod falsum est,vt sæpe dixi, & instrumentum solutionis erit edendum creditori ,vt placet Curt. col.ii.in fi. nu.13.&.14.qui tamen alia ratione hoc defendit ibi vide.

14 Fateor tamen mandatum vtriusque contrahentis esse necessarium,ad hoc vt notarius possit instrumentum inter eos conficere, nõ enim

debet me inuito instrumentum ad me pertinēs conficere, vt in auctn.de Tabellion.§.i.& seq. not.glo.in.d.l.prætor.in verb.meū, quod procedit & in eo quod alterius vtilitatem cōtinet, qualis est donatio, & liberatio, secundum Iaso. in.d.l.prætor.nu.7.

15 Si vero actus consistat in sola alterius voluntate sufficit eius mandatum, qualis est aditio hæreditatis, vel protestatio, secundum gl.in.§. nos autem, in verb.iniungant. In auctē.de Tabellion.Bal.in.l ii.ff.de stipul. seruo. Ang.in.l. vlti.ff.pro derelict.cano.in.c.i.de fide instrum. Ias.in.d.l.prætor, nu.7. Item non sufficit tacitū mandatum, sed requiritur expressum, nec præsumitur, ita procedunt no.per Doct.in.d.l.sciē dum.ff.de verbo.oblig. & quòd non præsumatur, taadit Alex.hic col.3.post med.nu.6.

16 Cæterum non exigitur mandatum ad hoc, vt editio obtineri possit, sed sufficit interesse ex alia quauis causa, & eo cessante sufficit mandatum.d.l.si quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de edē.& ita ī praxi seruatur, quicquid alii dicūt, qui videntes praxim quotidianā discrepare à suis axiomatibus, cum nescirent, se explicare ex nodo illo, qui eos male habet.in.d.§.pertinere.mirabilia sunt cōmenta de mandato tacito, quæ non sunt vera, nec necessaria, stante interpretatione per me tradita, ad tex.in.d.§.per

tinere, quã modernissimi quidã, vsurpare sunt conati.

17 Intellige præterea teneri Tabellionem edere etiam si actus, de quo factum fuit instrumentũ, sit inutilis, secundum Ange. in Cons. cclxxiiii. col. 2. vbi ait quod notarius tenetur edere in publica forma, testamentum coram duobus testibus factum, quia ad ipsum non pertinet de actus validitate discutere, idem est si actus illæ ab initio validus, postea fuit rescissus, seu retra ctatus, vt de testamento reuocato tradunt Bar. & Bal. in. l. ii. § si plura. ff. quemadmod. testam. aperi. Dec. probat in. c. i. col. xxiii. an med. nu. 46. de probation.

18 Intellige etiam hoc procedere dũmodo merces notario persoluatur, alioqui non tenetur notarius laborem gratis impendere, vt tradit gl. in. c. statutu m. §. notarium, in verb. officium de rescript. lib. vi. & gl. in. l. argentarius in prin, in verbo. absimiles, & ibi Bar. ff. de edend. not. Bal. in. l. vlt. §. eo. & Alexan. in. d. l. argentarius, Dec. in. d. c. i. col. xxiii. circa med. nu 46. vbi limitat, quòd si merces non soluatur, poterit notarius impune recusare edere, vt scribit Sal. hic circa fin.

19 Quæ merces solui debet duobus temporibus scilicet quando conficit instrumentum, & quã do illud reducit in publicam formam, bar. in. d.

l.argentarius de quo est tex.in.l.vlt.C.de prin. agent.in reb. libr.xii.nec etiam ab initio cogitur notarius instrumentum conficere, nisi illi merces persoluatur vt tradit Bertac. in tractatu de,episcop. in secunda part. octaue partis. lib 4.§ dicamus nume.41 Mod hic nu.42.

20 Intellige etiam quod semel tantum edere tenetur notarius,secũdum Bar.& Bal.in.l.si quis ex argentariis.§.vltim.ff.de eden. & ibi Alber. & Paul.Cast & mod.Idem tradit Bar.in.l.vlti. col.vlt.vers.quæro quando notarius.ff.de bon. aucto. Iud.posśid.ex causa tamen cogitur iterum edere.d l.si quis.§.vlt.& ibi Bar.& Dec.in d.c.i col.xi.ante med.num.55.vbi omnino vide. Puto autem causam iustam esse si intersit petentis,quia tabellio,facile cogitur edere vt dixi.libr.i.cap.3.nu.xi.

C A P. V.

Amißio instrumentorum eſt causa edendi. nume.1.2.

Amißio instrumentorum habilitat petentem,sed non iniicit vinculum aduersario. nu.3.& .4 & nu.8.13 & .14.

Causa edendi expressa esse debet in iure. nu.5.

Materia edendi eſt permissoria. nu.6.

Edere nemo cogitur nisi qui iubetur. nu.6

Veritatis habendæ causa an sufficiat,vt edatur nu.9.&.11.

Negligentio non imputatur ei, qui fato amisit. nu. 12. & 14.
Argentarius iterum edit illi, qui casu maiore amisit rationes. nu. 15. & 16.

1 A Missis rationibus, seu instrumentis, succurrendum videtur ei, qui ea fato amisit, ideo illi edendū erit secūdū multos & hæc subnectitur secūda ædēdi causa. iuxta tex. l. si quis ex argentariis. §. vlti. ff. de edend. Bart. hic Alex. in. l. vlti. col. pen. ante fin. nu. 22. in limit. xvi ꝭ. eodē.
2 Iusta enim causa videtur, vt succurratur actori, si sine culpa sua periit facultas probandi, vt ibi per eum, & per Soc. hic. in secundo not. probat Anto. de But. & imol. & Benedict. Capra. in c. i. de probatio, & ibi Dec. col. xvi. nume. 31. vbi attestatur cōmunem Dec. col. 4. post princ. nu. 7. versi. in ea glo. Curt. col. 3. in prin. nu. 15. Vicomer. col. vii. circa prin. versi. secundus nu. 37, purpu. col. 4. in fi. versi. secunda causa num. 24. Rip. col. 4. ante med. vers. secunda causa nu. 8. Goxad. col. 2. ante fin. num. 7. Moder. bono. numero. 46.
3 Aduerte hæc causa eodem laborat morbo, quo prima, est quidem postulanti apta, & respicit eius personam, & adimit inhabilitatem eius, qui petit edi. l. si quis ex argentariis. §. vlti. ff. de edendo cæterum non obligat quemquā ad edē-

dum, qui alias regulariter non iubetur, & sic proderit hæc causa aduersus argentarium, qui regulariter cogitur edere.d.l.argentarius, in princ.&.d.l.prætor, tamen propter præsumptá calumniam, vel negligentiam, alteri argentario non compellebatur, qua præsumptione sublata remanet in prima regula, scilicet quod debeat edere, & sic vera est sententia communis, sed non apta, & hanc probat tex.in.d.l.si quis ex argentariis.§.vlt.&.l.veluti.ff.de edend.

4 Non desunt tamen, qui opinentur, ex hac iactura probationũ, induci obligationem in persona eius, qui alioqui nõ iubebatur edere, quo fit vt priuatus quilibet absimilis argentario, possit compelli rationes suas edere ei, qui sine culpa sua probationes amisit, quæ sententia est communiter recepta, vt attestatur Dec.in.d.c. i.nu.31.col.xx.versi.quarto principaliter, & eá pleriq; ex commemoratis authoribus probát. & Mod. bono. nu.46.iuxta distinctionem traditam per Soc.hic in .2.not. & Dec.in.d.ca.i. & purpu.hic col.4.nu.24.

5 Sed eam non admittit Bal.in.d.c.i.nec Abba. nec Aret.nec fel.col.vi.vers.fallit quinto nu.12 & hoc loco Io.Pet.de perus.& Anto.de Alex. & Dec.sibi contrarius col.4.post princi.nu.11. & Rip.col.4.circa med.nu.9.quæ opinio mihi videtur verior.

6 Primo quia causa propter quam cogitur edere is,qui alias sine causa non tenetur.debet esse in iure expressa, vt tradit Dec.in.d.c.i.col.30. nu.61.& dixi.supra.lib.i.cap.vlt.hæc autem iactura probationum, etiam fatalis, non est lege introducta,ergo non est existimanda sufficiens causa,in eo,qui alioqui non iubetur edere.

7 Secundo materia edendi est permissoria, vt supra dixi,in rubr.cap.iii.non enim quisquam cogitur edere, nisi qui iubetur edere.d.l.ii.ff. de edend.d.l.argentarius, in verbo, nec vllos alios.eod.titu. igitur.

8 Tertio iactura probationum operatur tantũ, vt qui postulat non reputetur inhabilis ad petẽdum,seu calumniator,aduersarium autem non obligat.d.l.si quis.§.vlt.&.l.sequẽ.ff.de edend. ergo iste non tenebitur licet sibi nihil possit imputari,per regulam de qua,in.l.nimis graue. C.de Testib.& re uera.calamitas ista non obligat quemquam ad edendum.

9 Non obst.studium veritatis inuestigande,quæ iudicibus cordi esse plurimum solet, & debet, præsertim quando difficilis est probatio, iuxta tradita in.c.i.de Testib.cogen.

10 Respõdet Dec.in.d.c.i.col.xx.circa med.nu. 31.hanc causam non sufficere,ad hoc vt quis cogatur edere,qui alioquin nõ iubebatur edere, debet enim venire cum probationibus paratus

actor.l.qui accusare.ſ.eo.non autem ex domo rei probationes quærere.l.nimis graue.C.de testibus.ita tenent Anto.de butr.in.d.c.i.& ibi Abba.& Alex.in.d.l.vlt.ſ.eo.

11 Quibus conferunt ea,quæ ſcripſi ſ.eo.lib.tertio cap.viii.cum dixi,hanc rationem,vt veritas facti habeatur,nō afficere perſonam eius,à quo petitur edi,ſed exigi in perſonā eius,qui poſtulat edi.ita loquitur text.in.l.non eſt nouū.ſ.eo. quædam enim exigimus in perſona poſtulantis,ne calumniari videatur,aut ſuperfluo vexare aduerſarium.l.ſi quis.§.exigitur.ff.de eden. l.quædam.§.cæterum eo. titut.quæ tamen non obligant aduerſarium,vt ſæpe dixi.

12 Non obſtat,quòd nihil poſſit imputari ei,qui ab initio probationes ſibi comparauit,quique eas diligentiſsime cuſtoditas,poſtea caſu maiore amiſit,cui reſiſti non potuit,reſpōdeo enim hoc excuſare eum à calumnia,& à negligentia, vt in.d.l.ſi quis §,vlti.l.veluti.eod.titul.tamen non obligat eum,qui non iubetur edere,vt ſæpe dixi,& in hac materia non ſufficit, eum qui petit, eſſe habilem, & nihil illi impingi poſſe, nam exigitur etiam vt is,à quo petitur,ſit talis, qui iubeatur edere.d.l.argentarius,in princ.& d.l.ii.ff.de edend.

13 Non obſtat quod fiſcus debeat edere ei, qui amiſit cautionem.l.illate,C.de fide inſtrumen.

ſuper quo fundamento ſummopere nituntur Mod.Bono.num.40.Reſpond,quòd ibi fiſcus erat actor,quẽ regulariter oportet edere reo, ad ſolutionem probandam.l.iuſtum.&.l.vlt.ſ. eo.ideo rectè dicitur,ꝙ iterum edit,ei,qui ſine culpa amiſit, per text.in.d.l.ſi quis.§.vlti.&.l. ſeq.ff.eod.

14 Quia vt ſæpe dixi hæc diligentia ſumma, & calamitas ſuperueniens, excuſant eũ,qui vult petere,& tollunt impedimentum reſultans ex negligentia,ſeu ex calumnia præſumpta, denique habilitant eius perſonam, non tamen iniiciunt vinculum aduerſario,& hæc reſpõſio tollit omnia,quæ hic à Moder.bono.& ab aliis ad hoc propoſitum,inculcantur.

15 Quibus ſublatis,remanet firma,& ſolida concluſio,quòd qui amiſit probationes,etiam ſumma cum diligentia conquiſitas,& cuſtoditas poterit cogere aduerſarium edere,quæ concluſio fallit in argentario , & ſimilibus qui regulariter iubentur edere.hi.n.ei, qui amiſit , iterum edent,d.l.veluti.ff.de edend.Idem puto in actore,qui regulariter cogitur edere.d.l.vlti.infra eodem.

16 Secus puto in reo,vel in alio,quem regulariter edere non oportet is enim propter iacturã aduerſarii,ſi forte volens,libensque ſemel edidit,

dit,iterum non cogetur edere:quod etiam pro bant multi,licet aliis rationibus,videlicet Alexan.& Io.Pet.de perus. hic.& Ant. de Alexã. & Dec.col.4.num.11.& Rip.col.4.circa med. nu.9.& Mod.bono.nu.45.sufficit.n.amico vel in paucis seruire.l,tutori.ff.de negot. gest. & actus voluntarii non obligant vltra quã factum est.l.volunterie.ff.de excus tut.l.vlt.C.ne vxor pro marito,licet.Soc.& Lancell.Dec.& Purp. contrarium tueri conentur, quorum rationibus respondent hoc loco philip.dec.& Rip.

C A P. V I.

Argentarius edere debet rationes *nu.1.*
Argentarii officium est publicum secundũ Doct. *nu.1.*
& ita se habet communis opinio.nu.2.& 3.cum sequent.
Tamen verius est hoc officium fuisse priuatum.nu.1.& .nu.14.
Argentarii æquiparantur notariis *nu.1.*
Ratio,quare argentarius edat,quæ sit. *nu.2*
Causæ due quæ concurrunt in argentario,nõn concurrunt in mercatore. *nu.4.*
Argentarii eligebantur de publico,secundũ Doct. *nu.7.*
Quæ opinio non est vera,nu.1.& nu.14.

L

1 ARgentariæ officium & ipſum, edendi cauſam præbere ſolet, ſi forte is, a quo petitur, Argentariam exercuerit, is enim proculdubio debebit edere.l.argentarius, in prin.ff.de eden l.prætor.in prin.eo titu.& hoc admittunt omnes, quod quomodo in terminis noſtris poſſit adaptari, vide quæ dixi ſupra lib.i.c.vii.&.viii. Rationem adducunt Doct.quia ſcilicet argentarii officiũ eſt publicum,l.argẽtarius, in prin. ff.eod.& æquiparantur notariis, vt per Bar.& Iaſ.in.l.argentarius in prin.eo.titul,ſed falluntur Doct. nam verius eſt officium Argentarii fuiſſe priuatũ, prout & cuiuslibet alterius exercitoris, vt dixi in Rub.ſupra eo.cap.ix.

2 Ratio verior exprimitur in.l.quædam.§.numularios.eo.titulo.& in.d.l.argentarius in princ. de qua re alibi dixi, nunc opere pretium duxi oſtendere, an ſententia iſta, qua traditum eſt officium argentarii eſſe publicum, ſit cõmuni ſuffragio cõprobata, non quia res iſta dubiũ apud me aliquod habeat, ſed quia uidi quoſdam, qui ſe valde eruditos credunt, contrarium magna contentione aſſerere.

3 Dico itaque Doct.communi ac frequentiſsimo ſuffragio arbitrari argentarii officium fuiſſe publicum, hanc ſententiam probat hoc loco Bar.nu.5.& nu.7.& nu.9.dum loquitur de his quibus iniunctum eſt officium de publico &

expresse dicit in secundo commentario quòd argentarii habebant publicum officium, & sic debet intelligi de officio quod sit publicum authoritate, ex quo eligebantur publicis suffragiis,& publica authoritate,ideò Bar.quando loquitur de his qui exercent officium publicum exemplum in argentario proponit,& notario, vt intelligamus quod in vtroq; est publica authoritas.

4 Ita intelligunt Doct.qui in quæstione mercatoris conantur facere differentiam, inter mercatorem & Argentariũ,sub eo prætextu quod duæ causæ,quæ concurrunt in argentario,non concurrunt in mercatore,licet enim mercatores faciant librum rationum,prout & argentarii,tamen in mercatoribus non concurrit alia causa, scilicet quòd officium eorum sit publicum,idest publica auctoritate constitutum,nec potest intelligi eorum mens de publica vtilitate,quia sine dubio,etiam in libris mercatorum præsupposita consuetudine,publica vtilitas subest,qualis est illa,de qua in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend.

5 Mens igitur Bart.& Doct. est quod officium argentarii est publicum authoritate idest electione,& fide,cuius non sunt capaces serui,qui in his quæ pertinent ad ius ciuile pro nullo habentur.l.quod attinet.ff.de reg.iur.& arceantur

a ciuilibus officiis.l.ii.ff.de reg.iur.l.cum præt. §.pen.ff.de Iudic.l. in omnibus officiis .ff. de Regul.iur.

6 His sic præmissis dico quod cõmunis opinio est quod hoc officium esset publicum authoritate,in ea opinione est Bart.hic in secundo cõmentario.Illud æquiparant officio tabellionũ. Idem tenet Bart.in.l.quædam.§.numularios in vlt.not.ff.de edend.& in.l.argentarius in summario eo.tit.paulò infrà ibidem Bart.in.l.eandem in prin.nu.9.ff.de duobus reis Alciat. hic nu.7.Appellat publicum munus,& eorũ exemplo institutos fuisse tabelliones,Alciat.in.l.boues.§.vlt.ff.de verb.signifi.Bal.in.l.cum te.col. secunda.ff.si cert.pet.Paul.cast.in.l.si vnas.nu. 7.ff.de pact.& ibi Ias.qui dicunt quod publica authoritate, & publico indicio elligebãtur vt attestantur Mod.in.l.eũdem iu prin.nu.143.fo. 518.col.4.& fol.seq.col.ii.vbi clare tenẽt quod publicis suffragiis elligebantur argentarii,& sic quod eorum officium erat authoritate publicum.

7 Et quod elligerentnr de publico tradit Paul. Cast.in.l.quæ dam.§.numularios.ff.de eden.& in.l.argentarius in prin.eo.titu.Ias. clarè hic in quarto not. dum loquitur de eo qui successit habenti officium publicum,& sic de eo,qui successit argentario.Alex.hic col.iii.nu.5.circa fi.

versi.& aduerte.dum luquitur de duabus ratio nibus,quæ concurrunt in argentario, & altera tantum est in mercatore.

8 Idem sentit col.vlt.vers.in glo.i.in verbo. Ex natura officii,& ibi Moder.in appostill.ad eum nu.13.dum æquiparant officium argẽtariorum officio scribanorum Venetorum,expresse Dec. hic col.vii.post prin.versi secundo principaliter vbi etiam sic intelligit Alexã.in loco supra adducto,sentit Rip.hic col.3.in prin.dum æqui parant argentarium & notarium. Curt.hic nu. 24.hoc tenet expresse,videlicet quòd officium sit publicum authoritate per.d.l.Argentarius, & quòd ita ponderant illum tex.Ang.& Raph. Io.de vicomercato clare.nu.28.

10 Licet postea dicat num.41.quòd non est proprie publicum,& clare Purp.hic nu.19.dum cõ siderat duas causas in argentario, de quibus in l.argentarius, quæ non concurrunt in mercatore,& sic loquitur de officio, quod sit publicum authoritate.

11 Alioqui si esset publicum tantum vtilitate, fa teri oporteret idem esse in mercatore, in quo concurrit vtilitas publica,stante consuetudine quòd ad eos recuratur, & quod eorum libris fides detur,vt in.l.quædam.§.numularios.ff.de edend.& expresse Angel.hic nume.2.dum dicit quod ad argentarium,& notarium spectat,

sito nostro nihil opitulatur.

13 Quia officium quod publicis suffragiis decer ni solet, est publicum, vt sentit Paul. Cast. in d. l. prætor in prin. ff. de eden. seu mauis dicere ciuile iusta tradita per Dec. in l. 2 in prin. ff. de re. iur. a, quo genere officiorum arcentur serui. l. cum prætor. §. pen. ff. de iudic. l. in omnibus offi ciis et. l. quod attinet. ff. de re. iur. de qua re infe riori loco latius sum tractaturus nunc mihi satis sit ostendisse ex sententia crebrius recepta officium argentarii esse publicum quod quidã palam & quidem serio, & ad id conuocatis amicis quasi triumphaturi negare nõ erubuerunt.

14 An autem hec sententia crebrius recepta sit legitima, & an iure subsistat, hic est alius articulus, & alia disputatio, de qua loco suo agetur, interim tenendum est officium huiusmodi fuisse priuatum, adeo vt etiam peculiaris argentaria, a seruo fuerit administrata. l. prætor. §. si seruus. ff. de edend. nec opus fuisse publico suffragio ad eam exercendam, nec publica authoritate, quicquid dicant alii: de quo etiã aliqua scripsi in rub. supra eo. cap. ix. & j. eo. cap. sequent. latius differam.

CAP. VII.

Argentarii publicis suffragiis eligebantur nume.1.& .2.
Et eorum officium erat publicum electione & authoritate. nu.3.
Ciuilia officia seruis interdicta. nu.4.
Publicum & ciuile idem sunt.nu.4.& .6.
Serui arcebantur ab officiis etiam non omnino publicis.nu.5.& .6.
Serui hodie non possunt esse argentarii, olim poterant nu.7.& .8.
contrarium verius est, ꝙ etiam hodie possunt esse. nu.9.
Tabelliones olim erant serui. nu.8.
Miserabile refugium dicere aliud iure codicis aliud iure digestorum nu.10.
L.Thays.§.seio.ff.de fideicōm.libert. nu.11.& .12.
Seruus quare poßit argentariam exercere.nu.13.& .14.& .15.
Seruus capax eorum quæ sunt facti. nu.17.
L.Prætor.§.sed & si seruus.ff.de edend.quomodo procedat.
L.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.credito, quomodo procedat.nu.20.& 21.& .22.

1 ARgentariorum officium quale esset, & quo modo, seu a quibus constitueretur, non sa-

tis liquet, inhoc tamen cōueniunt pleriq; omnes,argentarios nō sponte sua,ad ministerium officiumuè huiusmodi exercendum accedere, solitos esse,sed vt publicis suffragiis constituerētur,moris fuisse, qua in re plurimum laborāt Moder.Ferrarien.in.l.eandē in princ.nu.144. ff.de duobus reis.& super hoc multa effundunt & demum distinctione quadam comunem tueri conantur.

a Ego opere prætium duxi, singula discutere, vt veritas facilius elucescat,& vt appareat vter nostrum rectius sentiat.Argentarii vt inquiunt Mod.olim publicis suffragiis constituebantur, & præficiebantur officio,seu ministerio illi,certusquè erat eorū ordo.ac certus numerus præstitutus,iuxra gl.in.l.quædam.§.nummularios. ff.de edend.prout & medicorum iuxta.l.parabolani.C.de episco.& cle.

3 Et concludunt officium huiusmodi,esse publicum electione,& authoritate non tamen est publicum,quale est officium magistratus, & ita secundum Mod.potest procedere authoritas gl. in.d.l.argentarius,quæ dicit officium hoc, non esse publicum:nam intelligunt Mod.nō esse publicum eo modo,quo publicum dicimus magistratum, erit tamen publicum electione, & authoritate inspecta, quam argentarii ex publico nancifcuntur.

4 Aduerte quocunque te vertas, non poteſt negari quin munus hoc,ſeu officium, quod publica authoritate fuerit decretum,ſit publicum,vt per Barto.in.d.l.eandem,& ita publicum,vt ab eis arceantur ſerui, cum ſaltem ſit ciuile officium,ad quod ſerui non admittuntur.l.cū prætor.§.pen.ff.de iudic.l.quod attinet.ff.de regu. Iur.& in.l.in omnibus officiis eod.titu.hac ratione ſeruus non poteſt eſſe tabellio.l.generali.C.de Tabu.lib.x.

5 Eadem ratione nec argentarius conſtitui debebit ſeruus per illum text.qui non ſolum notarium ordinari prohibet,ſed etiam rationibus publicis conficiendis ne ſe immiſceat ſtatuit, denique ex quo eſt ciuile officium,ſatis ſuperque ab eo remotum eſſe certum eſt ex.d.l.cum prætor.§. pen.ff.de iudic.&.d.l.quod attinet, nec eſt admittenda diſtinctio. mod.qui dicunt ſeruos tantum arceri à muneribus prorſus, & omninò publicis.

6 Quæ diſtinctio nullo iure probatur,& eſt cōtra tex.in.d.l,cum prætor.§.pen.ff.de iudic.in quo ſerui à ciuilibus officiis ſunt remoti, & ſic etiam à priuatis,quæ tamen electione ſunt publica,hæc enim ſunt ciuilia, quod eſt vocabulū generale,& amplius,quā publicum ſignificans, vt per Dec.in.l.ii.ff.de reg.iur.per tex.in.l.i.ff. ad velleian.& in.l.i.cum glo.in verb.ciuilia.C.

de professo.& med.lib.x.

7 Primo respon.Moder.in.d.l.eandem, hoc ꝙ dicitur, seruum posse argentariam exercere, procedere iure veteri,quo casu loquitur text. in.d.l.prætor.§.sed & si seruus.ff.de edend.ho die contra est.

8 Nec hoc mirum cuiquá videatur, nam & tabellio hodie seruus esse non potest.l.generali. C.de Tabul.libr.x.qui tamen iure digestorum seruus esse poterat.l.Thais.§.scio.ff.de fideicó. libert.not.in.d.l.generaliter,in verb.deinceps & tradit hoc loco Sal:in.4.oppo.

9 Hæc prius tradidit Dec.in.d.l.quod attinet. ff.de reg.iur.de quo non meminerunt Mod.

10 Dico præterea miserabile esse hoc refugium, quo quis se tuetur dum cóstituit diuersum ius codicis, à iure in pandectas relato,per ea quæ latè differui libr.4.de not.Crauet,cap.vl.quæ non repeto.& ob id dico seruum, si hodie haberemus argentarios antiquos, prout haberi credo,posse argentarii officio fungi.d.§.sed & si seruus,qui tex.non est ab rogatus,nec est cótra tex.in.d.l.cum prætor.§.pen.ff.de iudi.quia officium argentariæ non est, nec vnquá fuit publicum,sed virile.l.fœmine.ff.de edend.ideò ad illud potest seruus assumi,seu illi præfici a domino.

11 Non obstat text.in.l.Thais.§.scio.ff.de fidei c.

libertat.ubi Stichus notarius manumitti iubetur quibus uerbis Stichus ille præſupponitur eſſe notarius & præſupponitur etiam eſse ſeruus alioqui manumiſſione non egeret qui liber eſt l. manuſſiones .ff.de iuſt.& iure l.decem .ff. de verb.obligatio.

Multi crediderunt illud iure digeſtorum licuiſſe ſed ego adduci non poſſum ut differentiam hanc inter ius Codicis & ius Digeſtorum admittendam putem.vt ſæpe dixi,præſertim in re de qua agitur,quandoquidem,etiam ex legibus Codicis apparet ſeruos fuiſſe notarios,vt eſt expreſſum in.l.i.§.ſin autem aliqua &.§. ſequenti C.de cōmuni ſeruo manumiſs.& in.l.ſi tibi notarium.C.de pignoribus.

12 Dic igitur notarium à notis,ſeu notationibus ſeu à notando dictum , & hoc verbo publicum ſignificari notarium , & priuatum de publico loquitur text.in d.l.generali.C.de tabul.lib.x. de priuato,qui alioqui ſcriba dici poteſt,qui ratiocinia & ſcripturas priuatas conficit,loquitur tex.in.d.l.i.& in.d.l.ſi tibi, & vtrobique ita interpretatur gl.hoc idem tradit glo.in.l.defenſionis.C.de iure fiſc.lib.i.ita quoque accipiendum eſt in.d.l.Thays.§.ſcio.ff.de fideicō.liber. quo fit,vt verum non ſit,poſt ius noſtrum digeſtorum,quo vtimur,licuiſſe ſeruo publici notarii officio fungi,quicquid dicunt Mod.

13 Subiiciunt Moder.in.d.l.eandem nume. 144. optime liquere &.d.l.prætor.§.sed & si seruus ff.de edend.seruum non alia ratione potuisse argentariam exercere quam quia dominus eius poterat eam exercere ait text.si seruus argentariam fecerit sciente domino dandum iudicium in dominum, per inde ac si dominus ipse fecisset, si eo inscio factum est, non esse dandum, ex hoc inquiunt Moder. liquido constat capacitatem serui,in exercenda argentaria,pendere à domino,iuxta regulam de qua in.l.si mihi & tibi.§.regula.ff.de legat. primo, &.l.ii.§. primo.ff.de administr. rerum ad ciuitat. pertinentibus.

14 Hoc argumentum eo tendit, licet illi sic non explicent,vt intelligamus seruum posse argentariam exercere, non ex habilitate sua, sed ex habilitate domini, quod si admittimus, iam poterit seruus ad præturam aspirare, & ad decurionatum, & ad alia huiusmodi ciuilia officia. quorum capax est dominus.

15 Quod est contra text.in.l.i.& secunda.C.si seruus vel libert.ad de curionibus aspir. libro. decimo,&.l.barbarius.ff.de offic. præto. poterit etiam esse publicus tabellio,cuius officii capax est dominus,quod quam ridiculú sit nemo non videt.

16 Capacitas vel incapacitas domini in seruo cõ ſideratur in his, quæ domino acquiruntur, d.l. ſi mihi.§.regula.ff.d.lega.i.quo ad ea quæ ſunt facti, præcipue in officiis, quæ reſident in perſona officialis, nec ad alium tranſeunt, ſerui perſona ſpectanda eſt, quorum incapax eſt, ſi ſint publica, ſeu ciuilia, tametſi dominus ſit capaciſsimus, & ſupremum in modum idoneus.d.l.i.& ii.C.ſi ſeruus ad decurio aſpir.d.l.cum prætor. §.pe.ff.de iud.d.l.in omnibus officiis.ff.de reg. iur.d.l.quod attinet.eo.titu.

17 Eſt tamen capax exercitationis, & eorum, quæ in facto miniſterioue priuato conſiſtunt, vt no. Doct.in.l.i.in prin.ff.de verb.oblig.qua ratione poteſt eſſe inſtitor, & exercitor, vt in.l.i.§.cuius autem conditionis.ff.de exercit.actio.&.l.cuicunque.§.ſed & ſi menſæ.ff.de inſtitu.actio.eadem ratione poterit argentariam exercere, vt eſt expreſſum.in.d.l.prætor.§.ſed & ſi ſeruus, quicquid dicunt Mod.qui diſsidentia inter ſe, atque pugnantia inculcant, vt quo iure, quaque iniuria ſententiam ſuam tueantur.

18 Et quod hæc non cohereant, patet ex eod.ꝙ primum fundamentum præſupponit ſeruum eſſe capacem officii quod ſola electione publicũ eſt, ſecundum præſupponit ſeruum huius officii incapacem eſſe, poſſe tamen ex perſona ſua capere, ſed vtrumq; falſum eſt, vt dixi, amplius

non repeto.

19 Ad tex.in.d.§.si seruus dic non vocari in controuersiam,qua ratione possit seruus argentariam exercere, sed ponitur pro constanti eum posse facere, deinde quæritur an dominus teneatur edere,& tunc lex distinguit scientem ab ignorante,non autem capacem ab incapaci, & ex quo seruus ignorante domino, exercet argẽtariam, eumque non obligat. satis constat non spectari conditionẽ domini in argentaria exercenda,& per hoc retorquetur tex. ille.

20 Non omitto præterea eosdem Moder.in.d.l. eandem pagi.520.plurimum inniti super text. in.d.l.si ventri.§.in bonis.ff.de priui.credit.cui inquit ipse sine cauillo responderi nequit,quia, secũdum eum,publica fides ea intelligitur,quæ à publicis personis comprobata est, quo fit inquit ipse,vt fiducia publice approbationis quisque falli possit.

21 Rogo dicat mihi quid sibi vult ista fides ex publica electione data? profectò parum facit ad speciem eo loco propositam,finge eum qui deposuit,& complures alios sciuisse, mẽsularium illum facultatibus lapsum esse, profectò nulla excusatione dignus mihi videbitur, qui egenti & de plorato nummulario fortunas suas commisserit,nec priuilegio petiturus est,qui vt priorum creditorum conditionem deteriorem fa-

ceret,perdituro,pecunias dedit,quamuis publico decreto ille negotiationi præfectus fuerit.

22 E contra si vulgo lucuples habeatur argentarius,& ad eius fidem passim confluant homines rectè dicetur publicam.i.populicam fidem secuutus is,qui apud eum pecuniam deposuerit, & concurrente depositi fauore, cæteris meritò præferetur. Ideo publicam fidem rectè interpretabimur,id est communem omnium fidem. Ita Cicer.libr.de inuent.pag.51.a publicum, inquit, est quod ciuitas vniuersa, aliqua de causa frequentat. Idem Cice.ad att.88.a nos inquit, publicam prope opinionem secuti sumus.

23 Vltimo Moder.adducunt.authoritatem Cic. in libr.officio.vbi loquitur de Pithio illo, qui siracusis argentariam exercebat,& ait officium illud publice vtile fuisse,& quod ordo ille omnibus ordinibus gratiosus erat, ex hoc,inquit, constat argentariorum ordinem quendã fuisse, in quo delectus aliquis virorum proborum habitus fuerit, quorum fides publice approbata fuerit.

24 Ad hoc respondeo & retorqueo authoritatem Ciceronis contra communem dicit enim officium publice vtile fuisse,quod ego admitto, & ita interpretor.d.l.argentarius,vt videlicet habeat publicam causam.i.publicam vtilitatem, prout

prout etiam innuit tex.in.l.quod priuilegium. ff.deposit.& in.l.pen.in fi.C.de non nume. pecun.

15 Fateor etiam ꝙ erat ordo argentariorum, ordiné ego intelligo societatem, sic etiam ab eodem Cic. appellatur ordo aratorum ordo pecuniariorú ord o mercatorum Cice.in ver.iii. a tamen nemo dixerit huiusmodi ordines esse authoritate nec electione publicos.Idem igitur dicam de ordine argentariorum, & per hæc puto.communem sententiam defendi non posse, quicquid dicant Moder.& per consequens argentariorum officium fuisse priuatum, quia tamen cum magna diligentia conficiebant rationes.l.argentarius in prin.ff.de edend.& fides ac probatio inueniebatur in eorum libris, cœpit populus ad eos confluere,& aucta est,ex huiusmodi frequentatione,fides & authoritas eorum de qua re aliqua dixi in rubr.sup.eod.cap.ix.& inferius cap.sequent.plura sum tractaturus. ibi vide,quia vidisse non pigebit.

C A P. VIII.

L.si quis ex argentariis.§.probibet.ff.de eden. male intellectus a doctoribus. nu.1.explicatur.nu.12.& 14.& 16.

1 SAEpe occurrit in materia ista mentio tex.in. l. si quis ex argẽtariis.§.prohibet.ff.de eden. qui textus male intellectus multorum magnorumq́ue errorum occasionem præbuit itaque operepretium duxi ea annotare quæ animaduertione digna viderentur.

2 Scire igitur oportet vetuisse prætorem ne argentarius possit compelli edere alteri argentario, causa non cognita, rationem adducit text. duplicem, prima est quia argentarius, qui sibi edi desiderat, potuit esse instructus instrumento suæ professionis, secunda est, quia absurdum est vt illi edatur, qui alteri edere debet, quæ non recte explicantur à doctoribus.

3 Scire etiam oportet, quòd libri rationum argentarii, secundum communem sententiam doctor. fidem faciunt pro tertio, & contra tertiũ, olim plene, hodie semiplenè, pro ipso qui rationem conscripsit, nec olim, nec hodie fidem facit, contra eum probat, si credendum est bart. in. l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. & ibi Ias. & alii communiter, barto. in. l. admonendi. col. 3. versi. circa librum. nu. 26. & ibi Ias. col. 48 in prin. versi. circa tertium nu. 132. cum seq. ff. de iure iuran. vbi communem attestatur, Mod. hic communiter.

4 His sic præsuppositis, ratio quam adducit tex. in. d. §. prohibet, nõ subsistit, sed est omnino in-

epta , nã si libri argentariorum fidem fecissent contra scribentem , scribenti autem antiquitus non profuissent,inique vetuisset prætor edi argentario,quod tamen vetuit.l.si quis ex argentariis.§.prohibet.ff.de edend. quã prohibitionẽ summa cum ratione se fecisse credidit, cum ait absurdum esse,quòd illi edatur qui & ipse tenetur edere , cumque iniquum esse arbitratus est ei,qui ex rationibus suis instructus esse potuit, edi oportere.

6 Hæc ratio potest esse non iniqua si argentarius edi sibi postulet, informationis habendæ causa, nam verum est eum non minus potuisse esse instructum,& informatũ ex rationibus suis, quam ex alienis, si eas diligenter fecisset,prout tenetur.l.argentarius in prin.ff.de edend.cæterum si alienas rationes desiderat,probande suæ intentionis gratia,hoc casu non est verum,eum ita potuisse suis rationibus instrui, seu muniri, quemadmodum alienis, cum libri sui sibi non sint profuturi, alieni autem sint causæ suæ magnum adiumentum præbituri.

7 Ideo hoc casu,nec verum est causam suam, ita instrui,& muniri ex suis libris potuisse, sicut ex alienis , nec absurdum est , vt qui tenetur aliis edere libros suos,ad eorum intentionem probandam,is pro sua causa tuenda,ad alienum cõfugiat auxilium,quod ex propria scriptura con

ſequi non poteſt; & quod aliis facit ipſe ab alte ro ſibi fieri ſperare non inique poſſit,arg.l.terminato.C.de fructibus. & lit,expen.præſertim cum nulla ei culpa aſcribi poſſe videatur,qui li bros ſuos, tales facere non potuit, qui ſibi opitularentur cum lex obſtet.d.l.inſtrumenta, & l.exemplo.C.de probation.

7 Aut igitur edendum eſt argentario, poſtulan ti ſibi edi ad intentionem probandam, etiam ſi libros ſuos non perdiderit,& ſic edictum præto ris prohibitorium reſtrigendum eſt, ad editionem informationis habendæ cauſa petitum, & ita loqui videtur tex.in.d.§.prohibet,aut fateri oportet quod non magis potuit argentarius ex alienis libris,quã ex propriis cauſam ſuam tueri,quo admiſſo,vacillabit cõmunis illa concluſio,quòd contra tertium,ac pro tertio, libri huiuſmodi fidem faciunt, ſaltem ſemiplenam, de qua per Doct.in.d.l.admonendi.

8 Ego adduci non poſſum vt à prætore iniquũ edictum propoſitum fuiſſe arbitrer, nec ineptã rationem à iureconſulto fuiſſe adductam, Puto etiam edictum prætoris,quo edi argentario nõ oportere ſtatuit,generaliter procedere,& ſumma cum ratione fuiſſe propoſitũ,prohibet ſimpliciter prætor edi argentario.d.l.ſi quis.§.prætor.ff.de edend.

9 Ideo ſiue informationis habendæ cauſa, ſiue

probandæ intentionis gratia, petita fuerit editio, existimabo edicto locum esse, simplex enim & indefinita prohibitio generaliter est intelligenda.l.i.§.& generaliter.ff.de legat.præstand. præsertim, quia huiusmodi prohibitio, est limitatio quædã, seu exceptio, facta ex generali edicto permissorio, de quo in.l.prætor ait in princ. ff.de edend.quod edictum loquitur de editione quacunque ex causa facienda, & hoc admittunt Doctor.

10 Idem dicam de exceptione, vt scilicet loquatur in terminis regulæ, alioqui non esset bona exceptio.l.nam quod liquidæ.ff.de penu.leg. Dyn.in rub.de reg.Iur.libr.vi.bart.in.l.si eum. §.qui iniuriarum ff.si quis cautio.Dec.in.l.i.numer.20.ff.de reg. iur.& hoc admittunt omnes Docto.seu verius præsupponunt, non esse scilicet edendum argentario, neque ad probandum neque ad informandum, ideo non insistam diutius super re, quæ disputatione non eget.

11 Præsuppono præterea quòd verb.instructus, non solum informationem, sed etiam munimentum, & probationẽ causæ præsefert.l.i. in verb. instrui.ff.de fide instrumento.l.i.§.ii.ff.de magistrat.conuenien.l.pen.versic.peto.ff.quibus ad liber.proclam.non lic & in.l.vlt.§.eo.ibi rationibus quibus se possit instruere idest armare, & munire. Ita accipitur in.d.§.prohibet, in verbo.

instructus, dum dicit, quod argentarius potuit esse instructus ex suis rationibus.i munitus, & sic non minus tueri potuit causam, ex suis rationibus, quã ex alienis, quod forte mirum videbitur plerisque, sed statim declaratum facile admittetur.

12 Scio ego instructum à doct.in eo sensu accipi, quo dicimus fundum instructũ, id est penes quẽ stat instrumentum quemadmodum enim fundũ dicimus instructum, in quo sunt instrumẽta fundi.l.ii.§.i.ff.de fundo.instruct.l.i.C.de verb.sig. l.ii.C.de bonis vacant libr.x.Ita argentarium dicimus instructum, qui penes se habet instrumentum suæ possessionis.i.rationes, & in hoc sensu loquitur Bar.in.l.i.§.si quis, in duob.ff.de bon. poss.secundũ tab.& bar.in.d.l.si quis.§.prætor. ff.de eden.& ibi.Ias.nu.4.cum volũt ex eo text. oportere semper originale instrumentũ manere penes notarium, vt sit instructus instrumento.

13 Not. etiam bart.ex eo tex. quòd si notarius instrumentum à se editum, appellet exemplum, faciet fidem, quia tabellio, qui exemplum sumpsit, debet esse instructus instrumento suæ professionis, & ꝙ ob id nõ est maioris authoritatis originale, quã exemplum, quod etiam repetit bart.in auctẽ.si quis in aliquo.ʃ.eo.in.2.opp.nu.2.& ibi Ias.col.ii.nu 3.& doct.cõmuniter not.etiã Bart. in.d.§.prætor, instrumentũ ꝙ tabellio edit parti

præſumi exemplum, non autem originale, quia originale ſemper apud notarium debet remanere, ex quo ſemper remanet inſtructus, ſecũdum Bartol.

14 Aduerte non loquor nunc de fide inſtrumenti à notario editi. de qua agitur in auten. ſi quis in aliquo. ͂j. eo ſed dico quod tex. in. d. §. prohibet, in verb. inſtructus, non admittit hunc ſenſum, ridiculum enim eſt dicere, ꝙ homo ſic ſit inſtructus, prout fundus.

15 Secundo dico ꝙ ſi ſic acciperetur, ratio ibi expreſſa, eſſet inepta, licet enim argẽtarius teneat penes ſe originales rationum ſuarum libros, per hoc tamen non erit inſtructus, ideſt non tuebitur cauſam ſuam, quam nunc ex alienis rationibus tueri tentat, & non erit ſufficiens ratio excludendi eum, à petenda editione libri alieni, ob id, tantum, ꝙ originale ſuum, quod ſibi non erat profuturum, non retinuit vt antea dixi.

16 Ideo verb. inſtructus, non ſic accipiendum eſt, vt credidit Bartol. ſed inſtructum accipio, ideſt munitũ, & armatũ, probationibus, quæ ex ſuis rationibus reſultant, nõ minus, quã ex alienis.

17 Et tũc optima eſt ratio, quare nõ edatur argentario, qui potuit eſſe inſtructus ex ſuis rationibus, & ex eis causam ſuam tueri, tunc enim præſumitur calumniari, & ſuperfluas probationes petere, vel vexandi aduersarii gratia. l. ſi quis

quis.§.exigitur.ff.de eden.vel saltem negligentia illi ascribi potest ꝙ rationes non fecerit, aut non custodierit diligenter, prout tenetur.l.argentarius, in prin.ff.de edend.l.veluti in verbo. negligentia.ff.eo.titu.

18 Non omitto etiã quod plerunque, his, qui edi postulant, exhibentur originalia ipsa, & sic non est verum, quod semper sit instructus originali instrumento, libroue, is qui ea confecit.l.procurator.C.de edend.& hic in verb.exhibeat, & in l.ii.in verb.exhiberi, & in.l.iustum. in verb.exhibitis, & in.l.vlt.§.eo.in verb.promi.& in verb. exhiberi, quo verbo vtuntur leges, cum de originali edendo tractant.l.ii.ff.ad exhiben.l.lii.§. exhibere.ff.de Tabul.exhiben.

19 Quid dicendum? non potest negari, quin argentarii rationibus fides aliqua adhiberi cõsueuerit.l.quædam.§.nummularios, in verb. probatio, & in verb.fidem.ff.de edend.& in.l.argentarius.§.vlt.ibi causam suã tueri posset, & in verb. vincere potuisse, eod.titul.

20 Durum est etiam asseuerare quòd libris meis, quantumuis probus sim, ad vtilitatem meã, fides habeatur, contra tex.in.l.instrumẽta, &.l.exemplo.C.de probation.sed & vix est vt pro tertio aut contra tertium, nuda & extraiudicialis scriptura priuati hominis plerunque absente parte facta fidem faciat, prout Io.Imo.multis magnif-

que rationibus tueri conatur in.l.nuda.ff.de donation.& refert Iaſo.in.d.l.admonendi.col.44. circa.fi.& col.ſeq.nu.134 .& licet ipſe Iaſ.& cæteri communiter.Imole ſententiam non admittant,tamen illud ex eo proceſſit,ꝙ tex.in.l.quedam.§.numularios nunquam fuit recte intellectus.

21 Igitur audendum eſt,vt veritatem aſſequi valeamus,Dico. itaque libris nummulariorū, pro tertio , aut contra tertium, fidem adhiberi non conſueuiſſe,niſi aliis adminiculis adiuuarentur nam priuati hominis ſcripturæ non facile danda eſt fides,in præiudicium alterius,vt fatentur omnes,in.l.admonendi.ff.de iure iuran. Dabitur tamen fides ex cauſa, videlicet ſi in libro meo,ſcriptus ſit aliquis contractus , & partium ſubſcriptione munitus, aut à teſtib.ſubſignatus aut alias talis ſit ſcriptura,cui ex legibus fides haberi debeat,de qua in.l.publia in fi.ff.de poſit.& in.l.ſcripturas.C.qui potio. in pigno. habe.& in auten.& ſi contractus.C.de fide inſtrumento,& Iaſ.in.d.l.admonendi. col.27.circa med.nu.88.ff.de iureiur.

22 Ideò ſi in rationibus meis reperiatur cautio, vel chirographum,prout reperiri poſſe oſtendit tex.in.l.cum ſeruus in fin.ff.de conditio. & demonſt.& in.l.ſi quis.§.rationem, &.§.ſeq.ff. de edend.& in.l.qui tabulas.ff.de fur. hæc puto

probabunt,iuxta tradita per Doct. in.d.l.admonendi,libri simpliciter scripti,sine aliqua solennitate, seu capita huiusmodi, non probabunt, nisi fallor, sufficient tamen ad informationem habendam,de qua in.l.i.in prin.& in.§.edere.& in.§.cum.ff.de edend.

24 Et aduerte(expertus loquor) solent mercatores,qui negotiationem aliquam,diligenter exercent,quando cōtractum aliquem faciunt, super hoc chirographā solennia confici curare aut testes adhibere,& eorum subscriptiones exigere, & hæc penes se retinēt,deinde scribunt in libro suo, talem contractum tali die fuisse celebratū, prout apparet tali chirographo,quod in filo,seu linea,aut in arca repositum,custodiunt.

25 Idem est quando pecunias alicui numerant, mandato alieno,solet mercator Mediolani apocham scribere, & eam trasmittere Venetias ad Caium,in qua mandat suo nomine numerari Titio cētum,ille recipit mandatum,& in arca, seu filo, aut linea id custodit, deinde numerat Titio centum,& ab eo extorquet confessionē solutionis,in scriptis,binischyrographis subsignatis probatam, quorum alterum ad mandatorem, trasmittit,alterū penes se retinet,& de his omnibus memoriam facit in libro suo.

26 Hoc modo liber iste cōpositus,probat,vna cū chirographis,ꝙ totum appellatur ratio.l.si quis

§.rationem.ff.de eden.& sic nō solus nudusque liber rationum,sed ratio ipsa.i.negotiatio diligenter confecta,probat, & de hac diligenti ratione loquitur tex.in.l.argentarius in prin.ff.de edend.& hec est fides,de qua loquitur text.in.l. quædam.§.nummularios,eo.titu.de quo textu. vide quæ dicam paulo.infra numer.35. vsque ad.fin.

27 Alioqui vix est, vt existimem, eum diligenter conficere rationem suam,qui cōtētus sua ipsius annotatione,neque instrumentis,neque chirographis,neque aduersarii subscriptione aut testium præsentia,negotia sua instruit,neque probationes comparat, contra text.in.l.instrumēta &.l.exemplo.C.de probation.

28 Dicam igitur non omnem scripturam argentarii fidem,aut probationem, facere, sed solenniter factam,fidem facere idest cum subscriptione partium,vel testium,vt dixi,& sic non scriptura argentarii,sed ratio argentarii , diligenter confecta,probationem continet,seu fidem.

29 Facit.d.§.nummularios , quod nomen, ratio, est verb. vniuersale,vt non solū librum, nec solam argentarii scripturam , sed negotiationem ipsam diligenter confectam contineat,& contra ctus , & cautiones.d.l.si quis.§.rationem , & .in d.l.cu n seru us in fin. ff.de conditionibus,& demostra.

30 His sic presuppositis, quæ vtputo, verissima sunt,& quotidie obseruantur,dico argētarium nō minus tueri posse causam suam,ex sua ipsius ratione,diligenter confecta,quàm ex aliena, nā finge,ego & tu sumus argentarii,non socii, sed diuersæ negotiationis.

31 Contingit,vt sæpe euenit,negotium vnū fieri inter te,& me,tu conficis rationem tuam, diligenter,& apocham à me extorques,pro tuitione causæ tuæ,& omnia scribis in libro tuo. ego è contra, si diligenter gero negotium meum eadem scribo in libro meo,non per eadem verba,sed in substantia concordantem rationem facio,& antapocham à te extorqueo,qud diligentes homines facere solent.l.plures apochis.C. de fide instrum.

32 Si hæc ego fecero,non minus tueri potero causam meam,ex rationibus meis,quàm ex tuis, & sic non egebo rationibus tuis,merito dicit tex. argentarium potuisse esse iustructum instrumēto suæ professionis,hæc ego si prætermisero,nō fœci diligenter, prout teneor.l.argentarius,in prin.ff.de edend.

33 Ideo mihi erit imputandum, & propterea recte prætor me excludit à beneficio editionis cō sequendæ,vel tanquā calumniatorem, vel tanquā negligenter officium meum exercentem.l. si quis.§.exigitur,&.l.veluti.ff.de edend.

14 Ex his patet, quatenus olim credendum esset libris argentariorum, ex quo etiam resultat, qualis & quanta fides, hodie sit adhibenda, mercatorum libris, & hæc dico consuetudine circũscripta, quã in locis, in quibus viget, seruandam esse censeo, de qua re late tractant Doct. in.l.admonendi, ff.de iure iuran.tamen ex his quæ proxime adduxi, vacillabit conclusio communis, de qua alias, amplius non insisto. quia hæc res longum exigit tractatum.

15 Illud etiam non puto omittendum, solere multos elicere ex.d.l.quædam.§.nummularios.ff.de edend.ꝙ libri argentariorum antiquitus probabant gl.Bart.Ias.& alii in.d.§.numularios Doct. hic passim, tamen re uera hoc non dicit tex.illæ sed ꝙ in scripturis & codicibus eorum probatio continetur, vult dicere ꝙ chirographa, cautiones, subscriptiones, & alia huiusmodi, quæ rationibus continentur vt in.l.cum seruus.§.vlti.ff. de condit.& demonst.& in.l.si quis.§.rationem ff.de edend.fidem faciunt, seu probationem inducunt.

16 Et propterea non dicit tex.ꝙ probant, sed codices scripturasuè eorũ probare, sed in eis probationem contineri, nec semper, sed maxime, id est sæpissime, seu vt plurimũ, vt scripsi, in Rubr. supra eod.cap.vii.

17 Potest etiam intelligi verb.maxime, ad compa

rationem aliorum,exercitorum,seu institorum & sic in argentariorum codicibus, & scripturis mxime, ideſt magis quã in rationibus aliorum mercatorum, continetur probatio,& sic verb. maxime,stat comparatiue,vt per Io.an.in.c.i de renuntiat.lib.vi.& ibi Franch.nu.5.& gl.in.c.ad abolendam,de fil.præsbiter,quod eo euenire solebat,quia argentarii,diligenter, ideſt cum opportunis cautionibus, & securitatibus rationes conficiebant.l.argentarius, in princip.de eden.

38 Et ex hoc facile intelligimus fieri posse vt etiã in rationibus aliorum mercatorum fides rei gestæ inueniatur,tamen non ita frequenter non inuenitur, quid cum tanta diligentia non conficiunt rationes.d.l.argentarius,nec tam late patet vtilitas aliarum rerum, quanta est pecuniæ, l.i.ff.de contrahen.emptio.& propterea non ita necessarius est vsus aliorum exercitorum,prout est argentariorum.l.quod priuilegium.ff.depositi,nec tam late patet aliorum mercatorum negotiatio,quã argentariorum vt sentit tex.in.d.l. argentarius in verb.singulorum,& ĩ l.quædã.§. nummularios, in verb.frequentissime decurritur,& docet experientia rerum magistra:c.quã sit,de elect.lib.vi.ideo argentarii potiusquã alii iussi sunt edere.d.l.argentarius,in verb.absimiles eodem.titul.& hæc nota,quia non ita declarantur a doctoribus.

Cap.

CAP. IX.

1 SVccesio quoque est iusta edendi causa, videlicet si forte is, contra quē agitur, successerit argentario, & agatur de rationibus argentarii. Itaque si præsupponamus rationes, quæ hic edi desiderantur, ad fœminam ex succesione peruenisse, hæc tenebitur edere. quia ipse argentarius cui succesit fœmina, tenebatur edere, etiā si contra eum ageretur.l.argentarius, in princ, ff.de edend.

2 Cum itaque successerit in locum argentarii, tenebitur edere, quia eiusdem iuris est sucessor cuius erat defunctus, & partibus eius fungetur, & sic tenetur edere, etiam si non sit profesionis eiusdem.l.quædam.§. nihil.ff.de edend.l.si quis ex argentariis.§.cogentur.eod.titu.Sal.hic in.4.opposi.Bald.in.2.opposi.Ias.col. secunda. circa med.num.5.& Dec.col.i.circa med.nume. 11.& .12.vicomercat.nume.39.colum.vii.Alciat. nume.x.& alii communiter.

3 Hoc intellige si fuerit successor vniuersalis, ita loquitur tex.in.d.§.cogentur,&.d.§.nihil secus est si sit singularis succesor, puta legatarius, vel donatarius, hi enim ex causa tantum, cogentur edere, non alias.d.l.quædam.§.nihil versic.

quod nihil. Ita Salic. hic in. 4. opposi.

Et hoc producit Bal. ad notarium, potest enim notarius legare protocolla sua, & eius successor tenetur edere, vt tradit Bald. in. d. l. vlti. col. 4. circa med. nu. 13. vers. secundo potest.

Intellige autem quod hæc lex potest exemplificari in successore, non quia appareat mulierem hanc successisse argentario, sed quia causa successionis est iusta causa edendi.

Itaque cum nulla causa fuerit proposita imperatori poterit exemplum proponi, in successionis causa, vt hic per Paul. in alio proposito, & Gozadin. & Purpu. & Mod. & sic successio erit causa iusta, propter quam reus cogatur edere, qui non est eiusdem professionis, & ita intelligendo cessat obiectum diuinationis super quo laborat Bar. & laborant Doct.

7 Aduerte ad aliud, licet verum sit, posse notarium legare sua protocolla alteri, vt supra dixi tamen legatarius iste, aut hæres, etiam si sit notarius, non poterit solus auctoritate propria huiusmodi instrumenta in publicam formam redigere, sed necessaria est iudicis auctoritas, secundum Paul. Cast. & Alex. in. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden. & ibi Ias. colum. 2. in quint. not. num. 14. per tex. in. c. cum P. Tabell. de fide instrumen. idem tenent. Angel. Bal. Sal. & Paul. Castr. in. l. quædam. §. nihil eod. titul. &

ita seruatur.

8 Dicunt præterea Doct.ꝙ Notarius viuens potest alteri mandare, vt de suis instrumentis summatur exemplum, solenne, ita not. Bart. in. l. quædam. §. nihil eod. titu. hoc intelligit Bart. procedere in eo Tabellione, qui longa valetudine cõflictatus, vel ob diuturnam absentiam, nõ potest ipse id facere. Idem probat bart. in. l. i. ff. de offici. consul. & Bald. in, l. ii. col. v. ad fin. C. de iure fisci. liber. x.

9 Intellige præterea hoc procedere dummodo notarius ipse se subscribat, & in subscriptione de impedimento mẽtionẽ faciat vt quotidie obseruatur, & hanc subscriptionem alteri committere non potest. l. vlt. §. sin autem dubius. C. de iure delib. Ita Angel. & Paul. Cast. & Alexan. in d. §. nihil post Bar. in. l. diuus. §. item senatus. ff. de fals. Bald. in. l. vnic. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Bal. in rubr. C. de fide instrument. col. ix Angel. in auct. de Tabellio. in prin. Ias. in. d. §. nihil. col. ii. in quinto not. nu. 9.

10 Intellige etiam ꝙ licet instrumenta sint alteri legata tamen si nondum fuerunt tradita legatario, interim heres ipse tenetur edere, & sic agetur contra heredem, vt edat, non contra legatarium, qui non possidet. d. §. nihil emolumentum tamen quod ex huiusmodi editione fuerit perceptum, debet restitui legatario, argu. l. heren-

nius ff.de vsur.ita bart.Ange.& Sal.& Iaſ.in.d. §.nihil.

11 Cum autem dictum fuerit legatarium debere cogi ad edendum, cauſa cognita, quæri ſolet, quæ ſit iuſta cauſa eum cogendi, in quo concluditur, ꝙ cogitur legatarius in ſubſidiũ, ſcilicet quando hæres nõ habet facultatem edendi, nec dolus illi aſcribi poteſt Iaſ.in.d.§.nihil.l.quædã ff.de edend.ex quo.n.legatarius iſte habet cauſam ab argentario, videtur ꝙ poſſit compelli, quaſi eodem iure fungatur, quo defunctus vtebatur ſecundum Iaſ.in.d.§.nihil.num.11.

12 Puto ego oportere etiam ꝙ is, qui edi poſtulat: denuntiauerit heredi ne traderet legatario rationes, antequã ederentur, tunc enim ſi ſine dolo heredis peruenerint ad manus legatarii, cogetur edere, ita mihi videtur intelligendus ille text.in.d.§.nihil in fi.quod nota, quia Doct.non ſic intelligunt, & hæc ſufficiant in cauſa ſucceſſionis, nunc ad alia tranſeundum eſt.

Explicit liber.ii.

CAMILLI
Plautii Pæzonis

Iuriſconſulti Fontanellatenſis.

AD L. I. C. DE EDENDO commentariorum.

LIBER TERTIVS.



C A P. I.

Fiscus priuilegium habet vt sibi edatur a Reo. nu.1.& nu.2.
Limitatio ad.l.qui accusare.C.de edendo. nume.1.
Cõmunis opinio est quòd fisco edere debet reus. nn.2.Contrarium disputatur.nume.3.
Fiscus priuilegium non habet in casibus in iure non expreßis. nu.3.
Fiscus actor edet reo ad solutionem probandam. nu.4.
Actore non probante reus absoluitur. nu.5.
Ratio debet esse talis, vt ea posita, ponatur dictum, & ea sublata tollatur dictum. nu.6.

1 His explicitis nõ ab re subnectendum est priuilegium, fisci, quod editioni faciendæ causam præbere solet secundum Docto. nam fisco edi oportere, receptum est, verificabitur. Itaq; dispositio huiusce legis in fisco, cui reus tenetur edere instrumenta, quod exemplum applicari potest, non quia Emilius qui eo tempore supplicabat, causam fisci ageret, sed quia si hodie fiscus ageret, hec dispositio locum habere posset, quia lex semper loquitur.l.arriani. C. de heret.& ita declarando cessant vaticinia, & diuinationes, super quibus laborant. Doct.

Fit igitur conclusio qnod reus tenetur edere fisco, ex priuilegio, & hæc est limitatio ad regulam, de qua, in.l.qui accusare, & in.l.vlti.ʃ.eod. & in.l.i.§.edenda.ff.eo. & in.l.nimis graue.C. de testibus &.in.c.i.de probationib.

2 Hanc conclusionem probat hoc loco glos.& Bart.& Paul. Cast.col.2.post prin.nu.2.Sal.in. 4.opposi.Fulgo.col.2.ante med.Ias.col.2.ante fin.nu.6.Aret.in.l.vlt.col.ante fin.vers.4.fallit nu.3.ʃ.eod.& ibi Alexan.in.ix.limit.nu.15.Fel. in.c.i.col.v.in secunda.limi.nu.9. de probatio. & ibi Dec. col.vii.post princ.nu.13.Idem Dec. in.l.2.nu. 40.& in.d.l.vlt.col.3.in fin.versi secundo Bar. concludit nu.12.Claud. aquen.d.l. vlt.col.2.circa med.nu.6.Purpu.hic.nu.26.col. v.post med.vers.quarta est causa nu.26.& Cur. hic col.3.post prin.nume.15.gozadin. nu. 26.& Curt.hic col.3.post prin.nu.15.Gozadin. nu.9. Rip.col.v.circa fin. vers.quarta causa.nu.11.Alciat.nu.18.Mod.Bono.hic nu.49.& in.d.l.vlti. nume.37.& est cõmuniter recepta huiusmodi, sententia. Non desunt tamen qui teneant contrarium scilicet fisco non esse edendum a reo sed in casibus tantum quibus etiam priuato edi oportet precipue Mod.Bono. in.l.vlt.ʃ.eodem nume.37.

3 Pro hac opinione contra cõmunem, facit regula generalis, qua traditum est, fiscum priuile-

gium non habere, nisi in casibus in iure spetialiter expressis, secundum gl.in.l.Item veniunt.§. in priuatorum, in verb.publica.ff.de petition. heredit.Dec.in.l.iustum.j.eo.Igitur nisi expressum appareat, videtur non esse admittendum, vt fisco edi oporteat.

4 Secundo facit tex.in.l.iustum.j.eod.vbi fiscus reus nullum habet priuilegium, nam & ipse cogitur edere actori, ad probandum solutiouem, seu exceptionem, sicut priuatus.l.vlt.j.eodem. Ideò videtur quod nec etiam habeat priuilegium, quando est actor: præcipue quia in materia editionis, magis fauetur reo, quàm actori, vt hic, & in.l.vlti.j.eod.

5 Tertio contra fiscum facit text.in.l.qui accusare.j.eo.vbi accusatori non est edendum, & sic in fauorem fisci non editur actori, fortius stringit ille text.in ratione.Reddit enim rationem, quare accusatori non sit edendum, quia inquit actore non probante reus absoluitur, quæ ratio est generalis siue agatur ciuiliter, siue criminaliter; ideo ampliat decisionem.l.cum pater.§. dulcissimis.ff.de leg.ii.l.Illud.ff. ad leg. Aquil. & recte facit Imperator, in.d.l.qui accusare.

6 Qui addidit rationem generalem, & concludentem, prout oportet, iuxta glo.in.l.non omnium.ff.de legib.qua posita dictum ponitur, & ea sublata tollitur, iux.not.per gl.& Bar. in.l.si

cum exceptione.§.post annum .ff. quod met. caus.quinto facit tex.in l.illate.C.de fide instr. sexto tex. in.c.i.de probat.

7 Contraria sententia,scilicet quod sit edendũ fisco actori, est communiter aprobata,vt dixi, pro qua opinione plura adduci solent, de quibus videndum est capite sequenti.

CAP. II.

1 PRo communi adducitur text.in.l.ii.§.i.ff.de iure fisc.vbi dubium,inquit,non est,quin noceat ei,qui instrumenta ad causam fisci pertinẽtia,cum possit exhibere,nõ exhibet,subdit amplius,quòd si verum aliter non potest inueniri, furto subtracta esse creduntur instrumenta, & sic non solum edendnm est fisco, sed & si non edatur,hæc cõtumacia nocet illi,qui noluit edere, & cõtra eũ de furto procedetur. d.l.ii.§.i.

2 Aduerte tex.iste non probat omnino quia potest intelligi, vt procedat in casu habili, iuxta tex.in.l.qui testamento.ff.de testam.veluti si fiscus reus est,vel alias subest causa edendi.

3 Suadetur hic sensus, quia dicit illud non esse dubium,& sic loquitur de regula, quæ non est dubia,secundũ Bart.in.l.quoties.ff.si quis caution.Dec.in.l.i.in.2°.not.ff.de reg.iur.Cagnol. ibidem nu.16.loquitur ergo de casu,in quo subest causa, ꝑꝑ quá,regulariter edi debet omnib⁹ alioqui nõ rectè diceretur illud esse sine dubio.

4 Secũdo adducitur tex.ĩ.l.senatus,alias,nequisquá.ff.de eden.vbi senatus cẽsuit,nequisquá eorũ,a quibus fiscus aliquid petit, alia instrumẽta delatori cogatur edere,quá ea,quæ ad eam causam pertinẽt,ex qua se deferre ꝓfessus est, qui tex.non probat,quia nihil indulget, sed vetat edi,& sic lex illa facta ad minuendũ, non debet augere.l.legata inutiliter.ff.de admin. legat.

5 Item loquitur negatiue, negatiua autem nihil noui inducit affirmatiue, Bal.in.l.ii.C.de cond. Infert. circa fin. per text.in.l.ex facto.§.i.ff.de hered.insti.& l.titia.§ vlt.ff.de manumiss.testa, Dec. sic argumentatur, in.c.i.nu.13.deprobat. Item potest intelligi in casu habili, & sic non ad fundandam intentionem, sed ad replicationem probandam, quo casu etiam priuato edi debet, vt hic per Bart.& alios.

6 Item alias sæpe ex causa edi debet actori, vt hic in tex.quos casus enumerat Alex.in.l.vlt.§.eo.& ibi aquen.Ideò tex.in d.l.senatus, verificari potest in casibus illis, scilicet in casibus habilibus, & erit sensus quòd in casibus in quibus fisco edi debet, ederetur tantũ instrumenta ad causam pertinentia, & sic limitatur illa decisio, etiam in fisco, vt appareat fiscum nõ habere maius priuilegium, quã priuatos per ea, quæ tradit gl.in.l.item veniunt.§.in priuatorum.ff.de petitio.hered.

7 Non omitto, ꝙ aliqui text.habent defendere, non autem deferre, & tunc casus est clarus, de quo delator se defendit, & sic rei vicem sustinet, puta in replicatione, quo casu generale est vt reus edat actori ad replicationem fundandã, secundum doct.in.l.vlt.in verb.originem.§.eo. Alex.ibidem col.pen.nu.25.de quo articulo postea tractabitur.

8 Gozadin.hic nu.11.tuendo cōmunem, Respó. quod negatiua nil ponit in esse, quando stat per se, veluti nullus homo, currit, ita procedit id, quod scribit Bal.in.l.ii.C.de cond.insert. Cæterum si subiiciatur dictio modificatiua, qualis est, nisi, præter, & similes, tunc ponet inesse, veluti si dicatur, nullus homo currit, nisi petrus, vel præter petrum. Tunc præsupponitur, quòd petrus currat. de quo per doct.in.l.actione, C. de transactio.

Ad secundum negat legendum defendere, sed defferre, & tunc tamquā actor petit sibi edi.

9 Aduerte hæc oratio, ne edatur fisco, nisi instrumenta ad causam pertinentia, non inducit quod omni in casu edantur instrumēta, ad causam pertinentia, sed excludit fiscum, ne cogat aliquem ad edendum sibi, nisi instrumenta ad causam pertinentia, in casibus, in quibus sibi est edendum, qui autem sint isti casus, quibus regulariter fisco edendum est, non aperit ille text. Recurrimus igitur ad alias leges, de hoc loquētes, & sic oratio ista negatiua, cum modificatione, præsupponit edendum esse fisco, sed quibus casibus sit edendum, non exprimit.

10 Item pro fisco adducitur text.in.l.ii.§.Item diui.ff.de iure fisc. vbi dicitur rescriptum fuisse toties edenda esse instrumenta, quoties de iure capiendi, vel alia simili re nummaria que-

ratur, non si de capitali causa agatur.

11 Respond. hunc text. factum fuisse ad limitandum iura vetera Ideò non debet induci in augumentum, l. legata inutiliter .ff. de legat. iii. Et sic præsupposito casu, in quo edendum sit fisco, non tamen edi debebit, si causa illa sit capitalis, & sic priuilegium non dat, sed limitat, iam factam decisionem.

12 Item adducitur tex. in. l. in fraudem. §. ex his. ff. de iure fisc. vbi ex his bonis, quæ fisco sunt delata, instrumenta, vel chirographa, acta etiam, ad ius ptiuatorum pertinentia, restitui postulantibus conuenit, qui tex. nihil facit, quia præsupponit instrumenta esse penes fiscum, quomodo autem ad eius manus peruenerit non explicat, debemus igitur nos existimare, ad eum legitime peruenisse, & sic in casu habili vt sæpe dixi, Hæc sunt quæ pro fisco adduci solent, quæ fuerunt sublata, superest vt quid sentiam, in medium proferam, quod sequenti capite tractandum reseruo.

CAP. III.

Instrumenta fisco sunt edenda. *nu.1.*
Lex generaliter intelligenda, quæ generaliter loquitur. *nu.2.*
Lex vna supplet aliam. *nu.3.*

Successori

Successori fisci non editur.nu.24.&.26.
Personale priuilegiũ nõ trãsit in emptorẽ.nu.25.
Instrumẽta tantũ quæ faciunt ad causam edi debent,& ꝙ faciant, debet probari. nu.27
In delationibus tantum editur fisco.nu.28.vide nu.30.31.& 32.
si tamen descendant ex causa capitali non editur. nu.34.
Fisco edi præcise non cogimur, sed per actionẽ ad interesse. nu.36.
Fiscus edit reo prout quilibet priuatus nu.37.
Fiscus priuilegium non habet, nisi in casibus expreßis. nu.38.
Contra fiscum non editur. nu.39

1 VIdimus fundamenta in quæstione fisci, in vtramque partem adducta, superest vt deffiniamus, quæ sententia nobis videatur verior, qua in re mihi placet sentẽtia crebrius recepta, per text.in.l.ii.§.item diui.ff.de iure fisca.qui tex.expresse dicit toties edenda esse instrumenta, quoties de re nummaria agitur, non si de capitali causa agatur, & sic dispositiue loquitur, & affirmatiue & disponit, quod editio fiat toties &c. Item loquitur in fisco actore, qui tex. probat hanc sententiam.

2 Primo quia loquitur indistincte, ideò semper & indistincte habebit locũ, siue fiscus sit actor, siue reus, Arg.l.de pretio.ff.de publician.

3 Secundo iste tex.suppletur per tex.in.l.senatus alias,nequisquã.ff.de eden.qui tex.sine dubio loquitur de fisco actore, ibi à quibus fiscus aliquid petit,& ibi,delatori,& vna lex suppletur per aliam.l.non est nouum.ff.de legibus.

4 Tertio illa exceptio, non si de capitali causa agatur, ostendit quòd agitur de fisco actore, quia in causis capitalibus,fiscus non potest esse reus,vt patet ad sensum,exceptio autem debet esse de regula Bar.in.l.in his.ff.de legibus bart. in.l.i.ff.de regul.iur.

5 Ideo exceptio loquens de fisco actore, ostendit ꝙ regula est de fisco actore, & ostendit, ꝙ in aliis casibus, fisco edẽdum est,quia exceptio confirmat regulã,in casibus non exceptis bart. in.l.quæsitum .§. denique.ff.de fund. instruct. Dec.in.l.i.nu.11.ff.de reg.iur.& vnius exclusio est alterius inclusio .l. cum prætor.ff.de iudic.

6 4° Argumentũ gozadini,hic nu.11.valde vrget f.ꝙ text.in.l.senatus.ff.de eden.optime probat affirmatiue, quia non est ibi negatiua simplex, sed modificata,& sic affirmat,dum dicit nõ cogatur edere alia instrumenta,quã ea, quæ pertinent ad causam,ergo affirmat quo ad ea,quæ faciunt ad causam,vt sint edenda fisco,& ita non cauillando probat ille text.

7 Non obst.text.in.l.qui accusare.C.de edend. vbi accusatori, & sic fisco, non est edendum,

potest responderi, ꝙ ponitur ibi casus specialis .s.quod fisco nõ edatur in causa criminali, vt di cã.j.& sic nõ impugnat sed limitat cõclusionẽ.
8 Non obst.quod text.in.d.l.ii.§.i.ff.de iur. fisc. dicit non esse dubium, & sic loquitur in casu regule, non in casu priuilegii, fateor quod loquitur in casu regulæ, scilicet fiscalis, est enim in fisco regula, quòd illi edatur actori.d.l.senatus.ff.de edend.& secundum hanc regulam loquitur, & recte dicit quod illud non est dubiũ, quod secundũ regulã est decisum. Hac cõmuni cõclusione retẽta vt scilicet fisco edi oporteat.
9 Amplia vt nisi edantur, furto subtracta fuisse præsumantur.d.l.ii.§.i.ff.de iure fisc.& sic proceditur cõtra eum de furto, intellige si sint nocitura causæ, non alias.d.l.ii.§.i.
10 Limita vt non procedat in causis capitalibus in his enim reus non cogitur edere fisco.d.l.ii. §.item diui.ff.de iure fisc.ibi non si de capitali causa agatur, probat Ias.hic & Purp.nu.18, dec. in.eã.col.vii.post princ.nu.14.Rip.hic.num.11.
11 Hoc intelligunt Doctor. procedere etiam in omni causa criminali, & ita interprætantur causam capitalem, idest criminalem, & sic verb.capitalis secundum Rip. accipitur largissime de omni causa criminali, & exprecedẽtibus fit hæc declaratio.arg.l.si seruus plurium.§.i.ff.de leg. primo hanc eandem sententiam. ꝙ in causa cri-

minali reus nõ teneatur edere fisco, tenet bart. in.l.ii.§.eo.& Abb.in c.i.de probation. hoc tenuit Alex.in Consi.cxxxii.libr.i.Bald in.l.vlti. circa fin.ff.de fer.Purpur. hic col.v.post med. nu.27.Alciat.hic nu.18.

12 De hoc Ias.dubitat hoc loco & Rip. nu.11.per tex.in.d.§.item diui, vbi excipitur tantum.causa capitalis, & videtur ꝙ appellatione causæ capitalis, contineatur tantum illa, quæ vel mortẽ irrogat, vel seruitutem vel amissionem ciuitatis.l.ii.&.l.capitalium.ff.de pœnis.l.ii.ff.de public.Iudic.§.publicorum instit.eod. & sic videtur quod capitalis causa non comprehendat pœnas criminales pecuniarias, nec eas, quæ ad existimationem pertinent, vt scribit Dec.in.c.i.nu.14.de probation.nec est admittenda expositio Rip.vt capitalis largissime accipiatur pro qualibet criminali, quia nullibi reperitur ꝙ verb. capitalis habeat hanc significationẽ, nec strictè, nec late, nec proprie nec improprie, ideò significatio inaudita nõ est admittẽda.l.i.ff.de senato. Aduerte, circa tex.in.d.l.ii.§.itẽ diui.ff.de iur. fisci.multi multa dixerunt, & eum de causis capitalibus loquentem, mirabiliter torserunt, vt probet cõmunem sententiã, sed infeliciter, ego dico, quod tex.ille comprehendit omnem pœnam, siue adimat vitam, vel libertatem, vel ciuitatem, siue etiam lædat existimationem, & ad-

uertatur, quod multum refert vtrum dicamus, pænam capitalem, an causam capitalem, appellatione pœnæ capitalis, continetur mors, vel seruitus, vel amißio ciuitatis. d.l.ii.ff.de public.iudic.&.d.l.capitalem.ff.de pœnis, appellatione causæ capitalis, continetur non solum pœna, de qua, in.d.l.ii.ff.de public.iudic. sed etiam pœna quæ tangit existimationem,

13 Ita distinguit tex in.l.licet capitalis.ff.de verbo.signif. vbi quicquid dicat gl. sensus est, & ordo, quòd licet omnis causa existimationis, latine loquentibus, videatur capitalis. Tamen pœnæ capitalis appellatio, mortis, vel amisionis ciuitatis intelligenda est. His sic stantibus, dico tex.in.d.§.diui, qui capitalem causam excipit, intelligi etiam de causa existimationis.d.l.licet, & sic excipiuntur pœnæ omnes, de quibus.in.l, capitalium, in prin.& in vers.cæteræ.ff.de pœnis, quod not. quia in disputationibus circulari bus honorem mihi attulit non mediocrem, cú tex.in.d.l.licet capitalis.ff.de verb. signifi. esset cæteris omnino ignotus.

14 Sed quid de pecuniariis pœnis dicemus? quæ criminales sunt: iuxta gl.& Bar. in.l.4.ff.de sepul.viol. re uera text. in.d.l.ii.§.diui.ff.de iure fisc. etiam intellectus secundum tex.in.d.l.licet de pecuniariis non loquitur, tamen ego idem censeo, vt scilicet quando agitur de pœnis pe-

cuniariis criminalibus nõ edatur fiſco, per tex. in ore omniũ verſatum ſed in hoc propoſito a nemine animaduerſum videlicet text.in.l.qui accuſare.ĵ.eo.qui ſimpliciter, & indiſtinctè dicit,ꝙ accuſatori nõ eſt edẽdum,qui enim accuſare volunt,probationes in promptu habere debent, cum neque iuris,neq; æquitatis ratio permittat,vt alienorum inſtrumentorum inſpiciẽdorum fieri debeat poteſtas,qui tex.non diſtinguit cauſas capitales,ab aliis criminalibus, ſed indiſtinctè accuſatori nõ eſſe edendum, tradit, & ſic in qualibet accuſatione id ſeruabitur.

15 Non obſt.quod gl.ibi exponit accuſare,id eſt, agere,quia hæc expoſitio eſt contra propriam ſignificationem,quod non debet admitti.l.non aliter.ff.de leg.iii.

16 Non obſt.quod finis loquitur de actore, cum ait,actore enim non probante,&c.quia ibi redditur ratio præcedentis deciſionis quæ ratio, cum ſit generalior dicto,ampliat dictum.l.cum pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.2.& ſic illa deciſio habet locum & in accuſatore criminali, & in eo qui agit ciuiliter, hoc in ſumma verum eſt ex illo text.probari, ꝙ non eſt fiſco edendum, quando agitur criminaliter,& ſic ẽt quãdo agitur de pœnis pecuniariis criminalibus ex his habetis limitationem ad regulam, qua traditum eſt fiſco edi oportere inſtrumenta, vt ſcilicet

nõ procedat in causis criminalibus, siue agatur de pœna capitis, siue de pœna existimationis, siue etiam agatur de pœna pecuniaria criminaliter inflicta.d.l.qui accusare.j.eod.

17 Limitatur secundo hæc conclusio vt habeat locum tantum, in instrumentis, quæ pertinent ad eam causam, ex qua facta est delatio.l.senatus.ff.de edendo.ex his nota q͠ delator causam delationis exprimere debebit, vt sciatur, an edi oporteat, quod etiam probat tex.in.l.ii.ff.de iure fisc. vbi instrumenta huiusmodi fisco edita, non aliam in rem nocere debeat, quã in eam, in quã desiderara sunt, vide.j.nu.27.

18 Aduerte tamen quia Mod.Bon.in.d.l.vlt.nũ. 41.& hic.nũ.51.putant in pecuuiariis esse edendum fisco, quadam sua ratione, per ipsos excõgitata, sed non animaduerterunt, ad tex.in.d.l. qui accusare.j.eod.qui probat etiam de pœnis pecuniariis, loquor de pœnis criminalibus criminaliter inflictis, non autem de delationibus bonorum, & ita intelligunt Doct.quorum opinio probatur in.d.l.qui accusare, quicquid dicant Mod in.d.l.vlt.nu.41.ex quo infero, quod si quis alium vulnerauerit, aut percusserit, vel aliter deliquerit, ex quo pœna pecuniaria, vel iure communi, vel lege municipali, ad vindictã publicam imponi debeat, non erit edendũ fisco per accusatum, seu inquisitum.d.l.qui accusare

per rationem, de qua in.l.nimis graue.C.de testibus, & l.vlti.ȷ.eod.

19 Limita tertio non procedere, quando fiscus petit edi sibi ab alio fisco, quia fiscus contra fiscum non habet priuilegium, Ang.l.sed & militis.§.coæqualitas.ff, de excus.tuto. vbi miles excusatur a tutela filiorum alterius militis coæqualis sui, Bal.Ita limitat in.c.i.de probatio.& ibi Felin. col.v.post med.vers. secundo limita. nu.9.Dec.in.c.in præsentia.col.23.de probatio. super glo.fin.Purpu.hic col.v, ante fin.nu.27.ꝙ est verum, si fiscus ille non sit subditus, vt in.c.i. de probatio.sed si alter alteri sit subditus, tunc minor fiscus vtitur iure priuati, vt hic per Moder.

19 Idem est quando fiscus ageret contra ecclesiã per eandem rationem, quia scilicet priuilegio munitus eo non vtitur, aduersus quempiã, qui par habeat priuilegiũ secũdũ Bal.in.d.c.i.& ibi Felin.nu.9.de probat.Curt in Addit.ad Alex. in.l.vlti.nu.15.ȷ.eo.Abba.in.d.c.i.de probatio. Aquẽ.in.d.l.vlt.nu.3.&.4.Dec.in.d.c.i.nu.14.

20 Limita 4 non procedere, quãdo fiscus tractat de lucro, reus autem tractat de damno vitando tunc nõ est edẽdum fisco, per tex.in.l.nõ puto. ff.de iure fisci, quẽ ita intelligit Feli.in.c.vlt.de re iudi.Clarius in.c, pastoralis, in prin.col.4.de Rescripti.Aquẽ.in.d.l.vlt.nu. 6.7.ȷ.eo.vbi sub-

dit,ꝙ hæc est ratio,propter quã in causis crimi nalibus fisco non editur,cauè quia in delationi bus fiscus habet causam lucratiuã, tamẽ illi edi tur cũ damno aduersarii.d.l.senatus.ff.de eden. & sic non videtur vera hæc limitatio.

21 Limita v.procedere cõtra subditũ, alioqui fi-scus cõtra non subditũ nõ vtitur hoc priuilegio Dec.ita limitat in.d.c.i.col.7.ante med.vers.se cunda etiã ratio nu.14.de probatio. facit id ꝙ not.Bal.in.l.exemplo.C.de probatio. & Inno. in.c.quanto.de sententia excomun.

22 Limita.vi.quãdo copia probandi aliter haberi nõ potest,secus si fiscus habet facultatẽ probã-di alia via, putà quia agitur de instrumẽto,ꝙ a notario haberi potest,arg.in.c.sanè, de priuile. Abbat.ita declarat.in.d.c.i. deprobatio. col.4. versi.ego puto.

23 Et hoc videtur sentire tex.in.l.ii.§.diuus.ff.de iure fisc.ibi si verũ aliter non inuenitur,& facit tex.in.l.si quis.§.exigitur,&.l.argẽtarius.§. vlt. ff.de edẽ.& in hãc sentẽtiã inclinat Dec.in.d.c. i.col.7.circa med.licet excitet motiua,quib.nõ respõdet,& hæc limitatio verificatur,quãdo fi-scus petit edi ab aduersario,si vero petat edi a notario,vel tertio,tũc sine dubio edi debet fi-sco,vt per Felin.in.d.c.i.col.v.ver.fallit.2.nu.9 de probatio.transeunt Mod.Bon.in.d.l.vlt.nu. 43 infra.eod.

24 Limita.vii.procedere in fisco ipso,secus in suc cessore fisci , vt sunt publicani, quia priuilegiũ fisco specialiter concessum, non videtur in em ptorem transire, vt tradit Dyn.in.l.licitatio.§. Imperatores .ff.de publica vbi Bart. Idem Bar. in.l.i.nu.4.C.de nauicul.lib.xi.Sal.in.l.vniuer si.C.de vectigal.

25 Personale enim priuilegium non trãsit in suc cessorem .l. quia tale. ff. solut. matrimonio.& ibi doct.

26 Hanc limitationem tradit Alexã. in.l.senatus ff.de edend.Bertachin.in tractat. de gabella.in. vii.part.col.vi.versi.ex præmissis Dec.in.d.c.i. col.vi.post med.nume.15.ver.vlti.de probatio. Dec. consi.xlviii, Rip.hic.nume.12. Mod.in.d. vlti.num.10.j.eod.licet Bal.sentiat contrarium in.l.i.§.editionis,col.vlti.versi. iuxta prædicta. ff.de edend.

27 Limita.viii.procedere ita demum si fiscus pro bet hæc instrumenta facere ad causam,cũ enim non nisi ea instrumenta edi debeant,quæ perti-neant ad causam fisci.d.l.senatus .ff. de edend. d.l.ii.§.diuus. ff. de iure fisci , ista qualitas erit probanda per fiscum,antequã aduersarius cogã tur edere Alexã.tradit in Auctẽ. si quis in ali-quo,col.3.circa fin.nu.10.j.eod.Curt. in Addi. ad Alexan.in.l.vlt.num.15.j.eod.Rip.hic num. 11.& Mod.Bono.in.l.vlt.nu.43.j.eod. facit tex.

in.l.argētarius.§.cum autem.ff.de edendo vbi hoc habet locum in omnibus, quia in id quod intereſt datur actio,& debet probari intereſſe, per text.in.l.quidam tabularum.ff.de furt.& .l. argentarius.§.vlti.ff.de edend.

28 Limita.ix.ſecundum Gozadin.hic. num.11.vt procedat tantum in delatoribus Alciat.in.l.iuſtum.j.eod.& ſic edendum eſt fiſco tantum in cauſis delationum,in his enim terminis loquitur tex.in.d.l.ſenatus.ff.eo. & in.d.l.ii.§.diuus. ff. de iure fiſc. quæ eſt magna reſtrictio, ſi vera eſt.Hanc ſibi aſcribūt Mod.Bono.& ſummopere de ea gloriantur hic nume.49.& nu.51.& in l.vlti.nu.39.& nu.44.j.eod.

29 Tamen videtur contra tex.in.d.l.ii.§.Item diui.ff.de iure fiſc vbi generaliter dicitur ſemper edendum eſſe fiſco,quoties quæritur de iure capiendi,vel de iure dominii,vel de alia ſimili re nummaria,quæ verba videntur poſſe verificari etiam quādo agitur de vſucapionib. & de præſcriptionibus,& de contractibus alioqui vnico verbo poterat ſe expedire,ſi ad delationes ſe reſtrinxiſſet.

29 Suſtinendo hanc ſententiam,quæ valdè æquà videtur,poſſumus dicere idcirco de variis capitibus locutum eſſe,vt intelligeremus,nō ex omni cauſa delationis edendum eſſe,ſed ex his tantum, in quibus agere de iure capiendi, vel de

iure dominii,vel de alia simili re nũmaria, agatur,& erit sensus quod in dilationibns quidem edendum est,fisco,tamen non semper,sed quando agitur de re nũmaria tantum,nec hoc perpetuo,nã si capitalis sit causa,licet in ea de re numaria agatur,non erit edendum fisco.

31 Ita intellige in.d.§.item diui,illa verba,non si de capitali causa agatur,&erit cõgrua exceptio prout oportet,iuxta tradita per Dyn.in Rubr. de regu.iur.lib.vi.& Bar.in.l.in his.ff.de legib. & Dec.in.l.i.nu.20.ff.de regul.iur.alioqui si ex regula pecuniaria excipi dicamus pœnam capitalem, non recte ratiocinabimur, nec erit congrua exceptio vt dixi,cogita.

32 Igitur verius videtur.declarari ibi regulã,qua traditum est,in delationibus fisco edi oportere de qua in.l.senatus.ff.de edend.quæ regula procedit quando de re numaria agitur, non tamen habet locum si de causa capitali agatur.d.§.itẽ diui,& sic licet de re numaria agatur, si tamen ex causa capitali procedant,non erit fisco edendum,ita intellectus ille tex.mirabiliter declarat hanc materiam,in qua cõcludẽdum videtur, ꝙ in cõuentionibus,& cõtractibus cũ fisco initis, non est edendum fisco,sed ille vtitur iure priuati.l.iustum.ĵ eo.l.Illate.c.de fide instrumen.& hoc tuentur Moder.Bono.in.l.vlt.nu. 38.ĵ.eo.

non tamen his rationibus.

33 Infertur etiam quod ex causis criminalibus, etiam si agatur de pœna pecuniaria, non erit edendum fisco, quia accusatori non editur. lege qui accusare.ſ. eodem sed delatori ex causa bonorum tantum.l.senatus .ff.eodem.titul. & in hoc errant Modern.Bononie. qui tenent contrarium, in.d.l.vlti.numer. 4.ſ.eod. & hic nume.28.

34 Infertur etiam ꝙ in delationibus bonorum, si hæ descendant ex causa capitali, & sic de causa capitali agatur, non erit edendum fisco.d.l.ii. §.item diui.ff.de iure fisc.licet in hoc etiam errent, Mod.Bono.hic nu.50.& in.d.l.vlti.nu.39. qui putant fisco edi oportere, in omnibus delationum causis, expressis, in.l.i.ff.de iure fisci. quod nõ puto verum, ibi enim inter cætera proponitur casus de eo, qui de capitali crimine damnatus decessit, & de eo qui ab accusatione recessit, & in his ac similibus casibus arbitror fisco edi non oportere, per text.in.d.§.item diui. versi.non si ex capitali causa agatur.

35 Super quibus cogita, quia noua sunt, & ni fallor non contemnenda, & intellige, verba, iure capiendi, de quibus in dicto paragrapho item diui. prout intelligit Alciat. in.l.iustum, infra eodem.

36 Vlt.tentari poteſt,ꝙ non cogitur quis præci-ſe ad fiſco edendum,& ſic non debet mitti apparitor, ad perquirendum ſcrinia, vel ad archas perſcrutandas,nec ad ſinum excutiendum ſed per actionem pœnalem,ad intereſſe,l.quædam,in princ.ff.de eden.ibi per metum actionis in factum rationes edere compellitur, & ſic in hoc non habet fiſcus priuilegium.

Item intellige quod licet ſiſcus habeat priuile-
37 gium actiue,vt cogat alios ſibi edere, tamen nõ habet priuilegium paſſiue, quin & ipſe teneatur edere reo.l.iuſtum in verb.nomine publico.ſ.eo.& ibi doct.præcipue Dec.& Purpu.& l.Illate.C.de fide inſtrum.l.ii.C.de diſcuſſo.libro.x.Alciat.in.d.l.iuſtum.Moder.Bonon. hic numer.20.

38 Ratio quia fiſcus non habet priuilegiũ, niſi quatenus reperitur expreſſum,in iure, gloſ. in.l.Item veniunt.§.in priuatorum, in verbor. publica.ff.de petitio hered. Docto. in.d.l.iuſtum.ſ.eodem.

39 Item intellige quenquã edere non debere alicui aduerſus fiſcum.l.in fraudem.§.neque.ff.de iure fiſc. quod verum eſt, in his inſtrumentis, quæ ille beneficio fiſci aſſecutus eſt, ſecundum Alciat.in.l.iuſtum.num.5.ſ.eo. qui ita intelligit text.in.d.§.neque per ea,quæ habentur in.§.ſequenti,& Moder.Bonon.hic num.49.quorum

ſententia mihi placet licet alii ſimpliciter teneant, quod tertius nõ debet mihi edere aduerſus fiſcum.

40 Rationem autem quare in cauſis dilationum fiſcus priuilegio ſit munitus, exprimit Alciat. in d.l.iuſtum.nu.4.ʒ.eod. Aliam adducit Moder. Bonon. hic nume.49. & hæc ſufficiant quo ad fiſcum, quæ moneo, memoriæ comenda, quia non ſunt vulgaria, nec contemnenda.

CAP. IIII.

Vſurarius an teneatur edere. *nu.1.*

Vſurarum exemplum an congruat huic materiæ. *nu.2.& .6.*

Vſuras ſoluens non peccat, ſed qui recipit nume.3.

Lex ſemper loquitur *nu.5.*

Lex noua trahitur ad veterem, & è contra nume.5.

Edere qui tenetur, non ſemper ex hoc edicto tenetur *nu.7.*

Edictum hoc datur in ſubſidium tantum *nu.8.*

Vſurarum crimen eccleſiaſticũ eſt. *nu.9.*

Laicus ſe non intromittit in hoc crimine *nu.9.*

Quod quomodo procedat vide. numer.10. & .11. & .12.

Quando agitur de restitutione pignoris, non itur ad ecclesiasticum. nu.12.
Vsurarius an quasi negotiationem exercens teneatur edere. nu.14. & remissiue.

1 CAusa vsurarum, & ipsa sufficit, vt quis edere compellatur, & in ea exẽplificari potest text. noster, vt hoc loco tradit Bart. numer. 4. per text. in. cle. i. §. ceterum de vsur. vbi sũmus pontifex feneratores censura ecclesiastica compellendos esse decreuit, ad exhibendum, cum de vsuris agetur, rationum suarum Codices, quia inquit, vt plurimum contractus vsurarios, sic oculte, & dolose ineunt, vt de vsuraria prauitate vix possint conuinci. d. §. cæterum.

2 Aduerte hoc exemplum non conuenit casui proposito, in lege nostra, primo eo, tempore non uigebat illa constitutio, & sic imperator non sensit de vsuris nõdum prohibitis nec sensit de constitutione nondum facta.

3 Secundo mulier ista depositum recepisse pro proponitur, & sic dato ꝙ de vsuris agi potuisset, iuxta. l. lucius. ff. depositi, ipsa mulier soluebat vsuras, non recipiebat. l. si ventri. §. in bonis ff. de bono. aucto. iud. possid. l. si hominẽ. §. quoties. ff. de positi. constitutio autem de qua in. d. §. ceterum, est facta contra eos, qui vsuras recipiunt, nõ contra eos, qui soluunt, Curt. hic animaduertit.

maduertit, & Rip. nu.15.non enim peccat qui soluit vsuras, sed peccat qui recipit, secundum gl.vlt.in.c.debitores.ff.de iureiuran.

4 Tertio hic agebatur de ipso deposito, & sic de sorte,non autem de vsuris,ceterum text.in. d.cle.i.habet locum tantum quando agitur de vsuris,& sic non quadrat textui nostro, vt animaduerterunt.Soc.Ias.& Dec.

5 Ad hec respondeo quod lex semper loquitur l.arriani.C.de heret.& lex noua trahitur ad veterem,& ė contra.l.non est nouum.ff.de legib. l.i.§.lex falcidia.ff.ad leg.falcid.& ibi Bar.idem Bart.in.l.vlti.C.in quibus causis, restitu. in integ.

6 Ideò licet ab initio non verificaretur hec constitutio,in vsurario,hodie tamen exemplificari posset,in eo,& sic non expedit laborare in querendo, vter ex his solueret vsuras, nec qua ex causa. Nam sentit Bar,quod hodie si ageretur contra vsurarium, ille cogeretur edere libros suos,ita sentit bart hoc loco,& ceteri cõmuniter,Dec.in.c.i.de probation.nu.20.col.ix.in fi. & sic cessat vaticinatio,quã egre fert Alexand. hic,& tolerant Soc.hic & Mod.presertim Bono.num.54.

7 Alia ratione videtur ꝙ causa vsurarum, nihil cõmune habeat cum constitutione ista,nõ enim sequitur aliquis tenetur edere,ergo ex hoc edi-

cto tenetur, sed sua quisq; lege tenetur edere, prout expressum reperitur.l.quædã.ff.de eden. quemadmodum igitur tutor, socius, & administrator, non hoc edicto tenentur, sed aliis legibus.d.l.quædam, idem putabo defendi posse in vsurario, vt non teneatur ex hoc edicto, licet forte teneatur edere, sed sua constitutione tenebitur.

8 Immò in materia ista valet argumentum, aliqua alia lege tenetur edere, ergò non tenetur hoc edicto, ita argumentatur text.in.d.l.quædã in prin.in vers. scilicet quia & in vers. est enim pro socio actio. Ex hoc sequitur non posse vsurarium hoc edicto compelli ad edendum, etiam si de vsuris ageretur, & sic non officio iudicis laici, sed per iudicem ecclesiasticum censura ecclesiastica cohercebitur, quicquid dicat Bar. & & quicquid dicant alii, sentit Purpu.hic.nu.30. vers.quinto, quæ pæna non potest intelligi per iudicem laicum, vt per Alexan.in cons.i.libr.2. Moder.Bono.hic, in alio tamen proposito, nume.56.

6 Ad aliud aduerte, ad ꝙ non aduertunt Doct. quod crimen vsurarum, est ecclesiasticum secũdum glo.in.c.cum sit generale de foro compet. & in.c.i.de offic.ordin.& probatur in cle dispẽdiosam de iudic.& spectat ad ecclesiasticum iudicem, vt inquit glo.in.d.c.i.de offi.ordi. Lap.

allegat.l vi. Dec.in conſ. clxxx.col.vlti.& talis cauſa debet cognoſci,& iudicari ab eccleſiaſtico, vt ait Bart.in.l.titia.ff.Sol.mat. & ibi Alexã. col.4.& iudex ſecularis non poteſt in ea ſe intromittere per multa quæ allegat Dec.in.d.cõſi. clxxx. circa fin.

10 Ad hoc poteſt reſponderi,ꝙ contra vſurariũ poteſt agi duobus modis, primo pro crimine vſurarum, vt ſcilicet conuincatur, & cogatur ad reſtitutionem vſurarum.Iuxta tex.in.c.poſt miſerabilem,de vſur.& tunc habet locum conſtitutio,de qua,in.d.cle.i.§.ceterum de vſur.& ſe non intromittet ſecularis iudex, ita procedunt ea, quæ ſcribit Dec.in.d.conſi.clxxx.circa fin.

11 Alio modo agi poteſt ad finem, vt conſtet de contractibus,per ipſum factis,& de pignoribus ſuſceptis,nõ vt cõuincatur quaſi vſurarius,nec vt cogatur ad reſtitutionem vſurarum, ſed vt conſtet de pignore,per me illi dato,quod forte negat.& ſic præſupponitur hoc caſu pro comperto,quod ſit vſurarius,& ꝙ cõſtet de hac qualitate, tamen mihi denegat pignus meum, hoc caſu poteſt ſe intromittere iudex ſecularis,quia non agitur de vſuris.

12 Sed agitur de reſtitutione pignoris mei,illi dati, & hoc eſt quod ſcribit Bal. in.l.i.§. rationes in fi.ff.de edend. vbi ait quod ſi famulus meus

pignori dedit fœneratori veſtem meam, & ille neget datam, & ob id nolit reſtituere, cogetur edere libros ſuos, ſecundum bald. in.d.§.rationes, & Dec.in.d.c.i.nu.20.de probation. in caſibus huiuſmodi, poterit verificari ſentẽtia Bart. & ſequacium, & forte ex hoc edicto, ſi præſupponimus iſtos teneri edere, agi poterit, quia hic ceſſat.d.cle.i.quæ habet locum tantum, quãdo de vſuris agitur, & ita alias in circularibus diſputationibus reſpondebam, aduerſus obiectiones mihi factas, ſed quia huiuſmodi reſponſio in triuialibus libris non reperitur, fuit cachino excepta, ab his, qui nihil ſciunt, niſi quod tritiſsimũ eſt & cum neſciunt diluere argumenta, cachinationibus rẽ peragunt, cæterum quo riſu, quàue irriſione, ipſi digni ſint, aliis iudicandum relinquo.

13 Aduerte tamen, quia licet ad prædicta nihil fuerit reſponſum, & licet iſta diſtinctio ſit vera, tamen quod attinet ad materiam propoſitã, vſurarius iſte, non quaſi vſuras exercens, cogetur edere, ſed quaſi mercator, & menſam, ſeu negotiationem exercens, conuenietur, & propterea articulus iſte dependet ab queſtione illa an mercator hodie cõpelli poſsit edere, & hoc ſentit hic bald. cum ait eum teneri ex conſuetudine ſcribẽdi rationes, & Rip.col.vi. poſt prin. verſic.tertio, nu.15. de qua re tractabitur.ſ.eod.

lib.iii.cap.ix.& cap.x.& sequ. ibi vide, reliqua ad vsurarium pertinentia sequenti capite expli cabuntur.

CAP. V.

DIspositio de qua in Clement.i.§.cæterum, de vsur. habet locum, secundum multos, etiam in iudeo,glo.in,d.§.cæterum,hoc tradit, & ibi Paul.Leazar.& Imol.& Cardin.idem probat Gemin.in.c.vlti.circa fin.versi. vidi du bitari,de vsur lib.vi.& Io.de ana.in.c.super his col.i.de iudic.Dec.in.c.i.nume.20 de probatio ni.Modern.Bonon.hic num.56.Dec.hic col.v. circa med.nume.15.Aret.in cons.clviii.Iaso.hic

colum.3.circa med. numer. 9. Purpur.hic numer.30.

2 Hanc ſententiam probare videtur text.in.d. c.i.§.cæterum de vſur. qui ſimplicirer loquitur, de fæneratoribus, nec diſtinguit Chriſtianos a iudeis, & ſic de omnibus intelligi debet, l.i.§.& generaliter .ff. de legat.præſtand.etiam quod maior ſit in vno ratio, quam in alio.l.i.§. quod autem.ff.de aleato.l.in fraudem.§. vlti.ff. de teſtamen.militi.& vbi conueniunt verba, cõ uenit etiam diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damna. infect.

3 Secundo facit quia quando materia, de qua agitur, poteſt conuenire iudeis, ipſi quoque in ea compræhenduntur.c.de terris extra de decim .c. quanto de vſur. Ideò dicit gloſ.quod ius ſtatuens filios eſſe in poteſtate patris, comprehendit etiam patrem iudeum, glo.in.c.iudeorum.xxviii.q.i.ſic etiam dicimus immunitatem conceſſam incolis, deberi iudeo, vt ſcribit Bal.in.l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excuſat. tuto.& de ſecuritate data duobus ſociis, vt cõprehendat etiam iudeum, ſcribit Ang. in.l.i.ff. ad leg.Iuliam.maieſtat.& in.l.vltim.ff.de ſepul. violat.

4 Tertio facit, quia alioqui, melioris eſſent conditionis iudei, quam chriſtiani, quod pati non debemus.c.cum nimis, de iudeis.c.nulla. liii i.

distin.Dec.in.d.c.i.col.x.circa med.numer.20. de probatio.

5 Contrariam sententiam tenuit Florian. in.l. vlti.C.de iudeis.Ratio quia pœnæ censurarum quas summus pontifex comminatur fænetatori bus, non conueniunt iudeis, nec debemus esse soliciti de salute animarum iudeorum, quæ ad nos non pertinent.c.gaudemus, de diuort.qua ratione Alexan.in conf.i.lib.2.respondit dispo sitionem de qua in.c.quamquam de iudeis, sibi locum non vendicare in iudeo,& Soc.in conf. lxx.& lxxi.libr.primo,& in consi.lxxii.& Aret. in consi.lviii.Cum enim pœna non conueniat, non habet locum dispositio.l.hos accusare.§. omnibus.ff.de accusat.l.vlti.C.de predi. decurio.lib.xi.

6 Ideò statutum quo turbans aliquem in possessione punitur certa pœna,& ad restitutionem, possessionis,non habet locum in eo,qui turbat non tamen priuat possessione,sed habet locum tantum in vi expulsiua, quia in alia non potest verificari, pœna restitutionis, secundum Iaco. But.in.l.mancipia.C.de ser.fugit.& ibi Salic.& Fulgo. refert Dec.hic colum.v.circa med.numer.15.

7 Sanè in casu proposito iudæus non patitur cēsuras ecclesiasticas, quas cōmemorat text.in.c. querenti,de verbo.significa.ideò videtur cessa

re conſtitutio.d.l.hos accuſare .ff. de accuſationibus.

8 His non obſtantibus,videtur cõmunis ſententia verior,quia cenſura eccleſiaſtica cadit in iudeo,per obliquum,etiam in terminis noſtris.c. poſt miſerabilem,de vſur vbi præcipitur iudeis vt remittant vſuras chriſtianis, quod ſi non fecerint arceantur a cõmunione fidelium, hoc eſt inhibentur illis cõmertia cũ chriſtianis,& per ſententiam excõmunicationis denegatur illis cõmunio omnimoda.

9 Cum itaque teneantur vſuras reſtituere,per cenſuram eccleſiaſticam,non erit iniquum,eos compellere, ad edendos libros eadem cenſura, iuxta tex.in .d. cle.i.§.,cæterum, de vſur.quæ cenſura infligitur iuxta tex.in.c.quanto,de priuileg.&.d.c.poſt miſerabilem, de vſur.vt tradit Dec.hoc loco.nu.15.

10 Et licet, non omnino ita conueniat iudæis, prout chriſtianis, tamen ſufficit quod aliquo modo adaptari poſſit, & ſic verb. cenſura proprie & improbrie ſignificabit, prout interdum fieri ſolet.l.ii.ff.de offic. proconſ.& legat.not. glo.inſtit.de actio.in.§.i.in verb.debetur.

11 Nec eſt neceſſe, quòd omnes pœnæ concurrant, quia etiam euenire poteſt, vt in chriſtiano, non omnes concurrant, vt in.c.quãquã in fin.de vſur.lib. vi.Mod.Bono.hic num.56.quæ

opinio mihi placet, plures aliæ ampliationes, & limitationes, in hac materia coaceruantur a doĉto. quas non refero, videatis Doĉto. in. d. clem. i. §. cæterum de vsur. vbi opportunius traĉtantur.

C A P. V I.

Nautæ, caupones, an teneantur edere, prout vsurarii. nu.1. ꝑ sic secundum cõmunem. nu.1.
Contrarium est verius nu.2. cum sequ. & nu.14.
Fraus præsumitur in nauta. nu.2.
Extensio de vsurario ad nautas. nu.3. nu.7. & .8.
In materia edendi proceditur de similibus ad similia. nu.4. immo contra. nu.18
Extensio fit in pœnalibus quãdo agitur de peccato vitando. nu.5. & ex identitate rationis. nu.19
Maxime in pœnis spiritualibus. nu.6.
Clem.i. de vsur. an extendatur ad nautas. num.9. & .10. & .13.
Vsurarum crimen ecclesiasticum est. nu.14.
Cle.i. §. ceterum de vsur. an habeat locum in aliis fraudibus. nu.17.
Extensio non fit ad priuatam vtilitatem. nu.20.
In criminalibus non editur. nu.21

1 DVbitatum fuit an nautæ caupones, stabulariique, & publicani, cogi possint ad edendos libros rationum, exemplo vsurariorũ, qua in specie Docto.communiter tenent, quòd sic, hoc tradit Bald.in.l.dissolutæ.C.de condict. ex leg. Alexan.hic, & Moder.Purpu.hic nume.20. & Dec.col.v. circa fin.Dec.in.d.c.i. num.21.de probatio.vbi communem attestatur, Dec. hic, colum.quinta post med.numer.15. Modern.numer.55.

2 Ratio quia lex suspicatur contra eos de fraude.l.i.§.i.ff.nautæ, caupo. stabula.l.quãtæ.ff.de publican.& sic sunt similes vsurariis.

3 Ideo fiet extensio de vsurario ad nautas, & similes, ex identitate rationis, fit enim extensio etiam in pœnalibus glos.in.l si quis id quod.ff. de iur.omn.iud.Ias.in.l.cum quidam.ff.de libe. & posthu.

4 Item secundum Dec.in materia ista proceditur de similibus ad similia.l.quædam.§ numularios.ff.de edend.l.argentarius in princ.l.si quis §.i.versi.nam & si plures, eod.titul, Dec.hic colum. quinta ante fin.nume.15.ideo videtur hos quoque cogendos esse, vt edant rationes, exemplo vsurarii, quia hi sunt similes in fraude, quæ similitudo respectu fraudis subest, & sufficit quòd subsit similitudo respectu eius, de quo quæritur, ad hoc vt valeat argumentum, à simi-

li, Abbas. & alii in cap. translato. de constitution.

5 Præterea, licet materia sit pænalis, tamen quia hic agitur de peccato vitando, & de salute animæ, fit extensio. Ioan. in. c. extenore, qui fil. sint legit. Bart. in aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio.

6 Maximè quia pœnæ iste sunt medicinales, ideò fit in eis extensio. glo. vlti. in. c. sciunt cuncti, de electio, lib. vi. Ias. in. l. eius qui, in princ. ff. si cert. pet.

7 Et in terminis quòd constitutiones, contra vsurarios editæ extendantur, tradit Soc. in cõs. lxx libr. primo.

8 Ideo secundum Moder. cle. i de vsur. extendetur ad omnes contractus vsurarios qualescunque sint, de quibus per summ. Angel. in verbo. vsura. & eadem ratione contra nautas, & caupones, secundum communem.

9 Contrarium tenet Ias. hic post Rom. in. l. quãtæ. ff. de publican. & Aret. in. c. i. de probatio. & Alciat. hic. & Moder. bonon. nume. 51. qui simulant se hanc sententiam sequi, tamen in effectu multis verbis inculcatis, concordunt cum bald.

10. Huius sententiæ illa videtur ratio, secundum Aret. quia cle. i. de Vsur. odiosa est, & pænalis, ergo non debet extendi. l. si vero. §. de viro. ff.

ſolu.matrim.c.odia.de regul. iur.lib.vi. quia.d. cle.i.non habet locum,quando vſurarius conuenitur pro alia fraude,ſeu dolo,ſed pro vſuris tantum,ſecundum pet.ancha ibi.

11 Naute igitur non cogentur edere,quia contra eos non agitur de vſuris,ſed de alia fraude.

12 Accedat quod diuerſa ratio ſubeſt in vtroq; qui enim vſuras facit, artem illicitam exercet, nauta exercet artem licitam,quamuis cum fraude,& ſic diuerſa ſubeſt ratio.Facit.l.quis ſit fugitiuus.§.apud labeonem, & quod ibi not.bar. ff.de edil.edict.vbi ait quòd ſtatutum de vſurario loquens,nõ habet locum in eo,qui facit cõtractum, licitum prima facie, licet re vera ſit in fraudem vſurarum.

13 Naute igitur,licet ſæpe committant fraudes, tamen non comprehenduntur in conſtitutione,quæ loquitur de vſuris, ſecundum Ant. de but.in.c.i.de probatio. quia non ſubeſt eadem ratio in vtroque.

14 Mihi placet hæc ſententia,per rationes adductas ab Alciat. & Moder. & per ſupradicta, ex quibus patet reſponſum ad ea, quæ in contrarium adduci poſſunt,& quia fundamentum omne aduerſariorum,conſiſtit in rationis identitate, dico ego non ſubeſſe eandem rationem in vtroque caſu, quod patet ex eo quod crimen vſurarium eſt eccleſiaſticum, Dec.in conſ.clxx.

& dixi supra, fraudes cauponum,& nautarum non sunt crimina ecclesiastica.

15 Aut igitur iudex ecclesiasticus vult procedere, & est incompetens, quia furtum nautarum non est crimen ecclesiasticum, aut laicus vult procedere, & non poterit penam infligere de qua in. d.cle.i.Florian. in.d.l.vltim.C.de iude. Alex.in consi.i.libr.2.Purpu.hic nu.20. Mode, bono.hic nu.56.Dec.in cons.170.circa.fin.

16 Est etiam aduertendum, quòd si admittimus hoc casu extensionem de vsuris ad alias fraudes fateri oportebit quòd contra vsurarium, pro alia fraude agi poterit, vt edat, quod est contra. d.cle.i.de vsuris, quia habet locum tātum quando de vsura agitur, prout ad vsuram se restringit ille text.

17 Ad hoc tamen replicari posset, quod agi poterit de alia fraude contra vsurarium, si simus in. casu, in quo fraus præsumatur, Dec.in.d,c.i.nu 25.de probatio.

18 Sed ad hoc replica, & tene quod extensio in casu isto non debet fieri, de vsuris, ad alias fraudes, quia non sunt crimina ecclesiastica prout est vsura. Dec.in.d.cons.clxx.nec est verum, ꝙ in hac materia procedatur de similibus ad similia vt supra ostendi, lib.primo cap.xv.num.3.& libr.2.cap.v.

19 Non obst.quod in pænalib. fit extēsio ex idē-

titate rationis, Ias.in.l.cum quidam.ff.de libe.& posthu.quia non subest, & dato quod subsit, eadem ratio, dic hoc verum esse quando agitur ad publicam vtilitatem, Ias.in.d.l.cum quidam, in 4.limi.col.pen.Dec.in.l.factũ suum.§.in pœnalibus.nu.15.versic.quarto fallit.ff.de reg.iur.

20 Secus est, quo ad priuatam vtilitatem, tunc nunquã fit extensio.Imol.in.l.si vero.§.de viro col.pen.ff. solut. matrimo. Euerard. in Topic. cap.xxxv.fol.134.

21 Ratio quia sinè actione experitur, qui agit ex casus expressos, & sic non est audiendus.l.si pupilli.§.vlt.ff.de neg.gest.

22 Si vero criminaliter agatur in materia editionis, non est edendum, in criminalibus.l.qui accusare.j.eod.l.ii.§.item diui.ff.de iure fisci.Ex his apparet quod cle.i.de vsur. non habet locũ in nauta, caupone, & stabulario, & publicano, quicquid alii dicunt.

An autem ex hoc edicto compelli posśint, hoc dependet à quæstione mercatoris, de quo paulo infra tractabitur. ibi vide hoc eod.lib.iii. capit.ix.

CAP. VII.

Vtens instrumento debet illud edere. *nu.1.*
Edenda etiam sunt ea quibus quis vsurus est.nu.2

Etiam si protestetur se velle vti in partibus tantum pro se facientibus. *nu.6.*
Vti instrumento quis dicatur *nu.11.*

1 VSus quoque causam edendi iustam præbet, nam qui aliquo vtitur instrumento, vel vsu rum se testatur, in iudicio, illud, ad instantiam aduersarii, quandocunque edere cogitur, hoc probat tex. in. l. i. §. edenda. ff. eod. quæ causa ad eo potens est, vt nihil sit, quod non edi debeat, siue sint instrumenta siue rationes, siue aliud, id omne edendum est. d. §. edenda.

2 Hac ratione, actio qua quis vsurus est edi debet. l. i. ff. de edend. in prin. de hac editione loquitur text. in. l. procurator, infra. eod. vbi qui exemplum exhibuerat, cogitur postea originale ipsum, aduersario postulanti exhibere.

3 Et hoc casu etiam priuatas rationes, quæ ad argentarium minime pertineant, sed alterius negotiationis causa factæ, sunt, edendæ, vt hoc loco sentit Bar. nu. 4.

4 Hanc conclusionem probat hoc loco Bart. & Paul. Cast. col. 2. post princ. nu. 2. & nu. 4. Fulg. col. 3. ante med. nu. 5. & ĩ. l. vlt. col. pen. in prin. ĩ. eo. probat Fel. in. c. i. col. v. in prima limita. nu. 9. de probatio. gl. in. c. contingit de fide instrum. glo. in c. G. perpetuus eo. tit. Dec. in d. c. i. colu xiiii num. 35. Alex. in. l. vlt. in 2. limit. infra eod.

Cur.hic col.3.post princ.nu.15.purp.col.v.circa med.nu.26.mod.nu.47.Ripa,hic.col.4.ante fin.vers.tertia causa.nu.9.Alci.nu.19.

5 Et hoc ante omnia fieri debet,si petat aduersarius,vt deliberare possit,Innoce.in.d.c.i.& ibi Dec.nu.35.qui multa allegat,Fulg.hic,col.ii.ante med.scilicet,nu.19.

6 Amplia etiam,si is qui instrumentum producit, protestetur se eo vti velle, in partibus pro se facientibus tantum,secundum gl.in.l.i.§.editiones.ff.de edend.ita tenet bald.in.l.vnic. col. secunda.C.vt quæ desunt aduoc.& Imol.in. c.G.perpetuus.colum.pen.de fide instrument. Fel.in.d.c.i.col.quinta.in prima limit. Dec.in. cap.i.colum.xviii.post med.versic.octauo limita,nu.35.Paul.cast.hic & Pic.licet reclamet Alciat.nu.19.Claud.aquen.in.d.l.vlt.col.3.in fin.ff. eo.in.d.§.editiones,sequitur illam gl.quã dicit esse admiratione dignam.Idem probat.Aret.in l.vlt.col.i.circa med.ff.eod.& Alex.in.d.l.vnic. & Mod.in additione, ad fel.in.d.c.i.

De hac tamen dubitat Rip.hic col.4.circa. fi.
7 nu.9.vers.tertia causa,vbi eam defendit in quinque casibus quos enumerat fel.in.c. cum venerabilis.col.v..de exceptio,sed communem tuentur indistincte Mod.bono.nu.47.

8 Ratio est,quia instrumentum non potest scindi,sed exhibetur; totum tamen non est totum

de

de processu, sed id tātū quo vult vti aduersarius ideo cautus sis, vt tu reliquū producas, & sic fiet de actis, & tibi proderit, hæc fuit distinctio Alb. in.l.i.§.editiones.ff.de eden.& Ant. de but. in. c.cū olī.de censibus, & Dec.in.d.l.vlti.col.pen. in fi.nu.25.& col.vlti.vbi etiam concludit, ꝙ iudex ipse poterit se fundare, in illo instrumento iam producto, extra articulos, per exhibentem approbatos, quē vide, & Mod. bono.in.d.l.vlt. col.pen.& vlt.qui tamen aliqualiter discrepāt

9 Intellige procedere in instrumentis, quæ nomine producentis facta fuerunt, secus si inter alios, tunc iuuat eum protestatio, in capitulis distinctis, secundum Abb. in.c.cum venerabilis, de exceptio Fel.qui multa allegat, in.d.c.i. col.v.circa med.de probation.

Hæc declaratio non videtur vera, stantibus his quæ proxime dixi, post Dec.in.d.l.vlti.in.fin.

10 An autem statim, ante litem contestatam, edi oporteat, id quo quis se vsurum testatus est, an sufficiat post litem contestatam, vide Paul. cast. in.d.l.vlt.circa fin.ĵ.eo.& Dec. in.d.c.i.col.32. num.64.de probation. de qua re alias tractabimus.

11 Item intellige, quod ille dicitur vti instrumento, qui illud in iudicio producit, vsurus autem dicitur, qui in libello, aut in exceptionibus, seu etiam in positionibus, de eo mentionem facit,

ſecundum Inno.in.c.i.de probatio. Bal.in.l.vlti.col.i.nu.4.& ibi Aret.col.i.ante med. nu.i. infr.eo. facit tex.in.l.ſi vteris.C.de fide inſtru. &.l.miles.§.ii.ff.de adult. & hæc inſtrumenta quæ ratione vſus eduntur. iubeantur edi iure ciuili,an iure prætorio,vide.j.hoc lib.capit.vlt. numer.22.

CAP. VIII.

Mercator,an teneatur edere rationes nu.1.
Quod ſic,& eſt communis nu.2.
Concurrente conſuetudine, & q̄ conficiant rationes nu.1.
Mei cauſa factum quid dicatur. nu.4.&.5.&.7.
Pertinere ad me quid dicatur. nu.5.&.6.
Intereſſe meum,non obligat te ad edendū nu.8.
*Publicam cauſam.i.publicam vtilitatem.*nu.10. vide. nu.12.
Cauſæ duæ in argentario copulatiue requiruntur. nu.13.
Publica vtilitas,quanta deſideretur,in eo qui edere debet. nu.14.
Opera principalis argentarii,in quo conſiſtat. nu.15.vide nu.17.
*Diligentia conficiendi rationes in argentariis,*nu.17.&.18.

Argentarii negotiationem exercebant nu.19. & num.20.
Mercatores conficiunt rationes diligenter nu. 21.
Plura concurrunt in argentario quæ cessant in mercatore num,22.
Mandatum ex consuetudine resultat num.26,
Consuetum in contractibus sub intellligitur nume.27.

1 Reliquum est vt tractemus de mercatoribus, qui hodie mercimonia exercent,& rationes conficiunt,ex consuetudine, an scilicet ad edẽdum cogi possint, exemplo argẽtariorum,quo in articulo variæ extant sententiæ, tamen crebrius receptum est, eos edere debere, concurrente scilicet consuetudine,generali, quòd ipsi conficiunt libros rationũ,& quòd ad vtriusque vtilitatem scribatur contractus, & quasi tacito consensu contrahentis id fiat vt declarat Paul. Cast in.l.argentarius .ff. de edend. & Rip. hic col.3.in fin.nu.81.

2 Hanc sententiam tenuit Iaco. butrig,quem sequitur bar.hic & Ant.de Butr.& Card.& abb. in.c.i.de probatio.& ibi Fel.col.vi.post med.in vi.limit.num.13.de probatio.& ibi Dec.col.xv. circa princ.nu.28.Bal.in rub.C.de constit.pecun.Ang.hic in princ.Sal.nu.7.& franc.de alb. & florian.& Alexã.nu.4.Aret.nu.3. col.i.ante

fin.ſoc.conſi.162.col.vlt.lib.2.Stefan.Bertram. conſi.102.lib.2.Rip.hic col.3. poſt med. & col. ſequen. nu.8.Pau.caſt.in.d.l.prætor. nu.3. &.l. argentarius,in prin.ff.eod.Ang.Are.in.§.actiones.inſtit.de actio.Claud.ſeyſel.hic.col.3.circa med.num.10.vbi cómunem atteſtatur.Cur.col. 4.Vicomerc.col.v.in fi.nu.28.Gozad.col.pen. in princ. num.20.& eſt cómuniter recepta hæc ſententia, vt atteſtantur Soc. Fel. Dec. Rip. & Moder.

3 Pro hac opinione quæ receptior eſt, adducitur tex.in.l.prætor in prin.ff.de eden.ibi æquũ fuit,quod mei cauſa confecit, meum quodammodo inſtrumentum, mihi edi, eadem ratione æquum eſt, vt mercator edat mihi, caput illud rationis ſuæ, quod mei cauſa confecit,quia eſt quodammodo meum illud inſtrumentum.

4 Intellige autem mei cauſa factum, ob meum contractum,quem ſecum feci.hac enim ex cauſa ſcripſit, & ſic mei cauſa, illud enim quod ad me pertinet, dicitur mei cauſa factum.d.l.prætor,in princ. in verb.ad ſe pertinet, & in.§.i.in verb.quod mei cauſa.

5 Quod ſic oſtenditur, ait prætor, argentariæ menſæ exercitores edunt poſtulantibus rationes,quæ ad ſe pertinent.d.l.prætor.in prin. poſtea in.§.i.reddit rationem huiuſce edicti,& ait æquum fuiſſe id quod mei cauſa factum eſt, mi-

hi edi.intelligit ergo mei causa factum,id quod ad me pertinet,quia verba edicti sunt concepta de his,quæ ad me pertinent,& in reddenda ratione, loquitur de his quæ mei causa facta sunt vt intelligamus vtroque sermone idem significari, siue dixerimus, quod ad me pertinet, siue dixerimus,quod mei causa factum est.

6 Sanè dicitur ad me pertinere,si tecum contraxi,vel succesfsi ei,qui contraxit.l.quædã.§. vlti. ff.de edend.& per consequens dicitur mei causa factum,vt supra.

7 Igitur si quis cum mercatore contraxerit, & hac de causa mercator hunc contractum scripserit,illlud dicetur eius causa factum,qui contraxit,& erit æquum illi edi,id, quod quodammodo suum est instrumentum,eadem enim ratio facit idem ius.l.illud.ff.ad legẽ. aquil. cum simil.

8 Aduerte hæc causa spectat personam eius,qui edi sibi desiderat, vt in.l.quædam.§.cæterum. ff.de edend.& sic redditur ratio quare edendũ sit illi,ad quem pertinet,quæ verba erant in edicto.d.l.prætor.in prin.tamen non redditur ratio,quare argentarius iussus fuerit ædere, & vt sæpè dixi,non sufficit me esse habilem ad petendum,nisi & tu iubearis edere, ex verbis edicti, l.ii.ff.eod.

9 Hoc itaque argumentum,non afficit mercato

rem, sed si præsupponimus mercatorem teneri edere, tūc defendimus illi esse edendum, ad quē pertinet, seu cuius causa factum est, alioqui si hæc causa spectaret personam edentis, quilibet exercitor aut institor, cuiusuis tabernæ, teneretur edere, quod nemo admittit. d.l. argentarius in verb. absimiles.

10 Secundo pro hac opinione, quæ cōmunis est, adducitur, tex. in. l. argentarius in princip. ff. de edend. vbi argentarius edere iubetur, ideo, quia officium eorum publicam habet causam, id est publice est vtile, vt exponit Claud. seyscel. hic col. 2. circa princ. & probat text. in. l. quod priuilegium. ff. deposit. & l. vlt. circa fin. C. de constit. pecu. &. §. vlt. In aucten. de fideiusso. circa fin. quæ publica vtilitas non minus versatur in negotiationibus mercatorum, quā antiquorum argentariorum.

11 Ideò mercator, non minus cogi debet edere, quā argentarius, ex identitate rationis. d. l. illud cum similibus, & hoc modo intellectus ille tex. mirum in modum vrget pro cōmuni quod nemo vnquā aduertit.

12 Imò solent Doctō. hunc tex. pro contrario ad ducere exponendo causam publicam. i. officiū publicum, quæ expositio non est admittenda, vt sæpè dixi, amplius non repeto.

13 Ad hoc tamen potest responderi in d. l. argen

tarius, duas causas copulatiue exprimi, & vtrãque exigi, per tradita per Bart. & alios in.l.i.ff. de iust.& iur. quæ non concurrunt in alio mercatore, & sic cessat argumentum, debent enim concurrere & publica vtilitas, & diligentia maxima, in conficiendis rationibus.

14 Qua in re aduertendum est, non quãlibet vtilitatem publicam sufficere, sed exigi tantam, quã tam presupponit, tex.in.l. quod priuilegium.ff. deposit. quæ scilicet, necessarium efficiat vsum mercatoris.d.l. quod priuilegium, & propterea requiritur similitudo, de qua in.l. quædam.§. numularios.ff. de edend. etenim lex vna supplet & declarat aliam.l. non est nouum.ff. de legib. de qua re paulo infra difusius agetur.

15 Tertio iterum vrget tex.in.d.l. argentarius, in vers.& hæc, vbi cum reddit rationem, quare argentarius iussus fuerit edere, ait hoc ideo factũ fuisse, quia principalis argentarii opera, ea est, vt actus sui rationes diligenter conficiat.

16 Quæ ratio militat etiam in mercatore, nam præsupposita cõsuetudine, de qua loquitur bar. etiam mercator diligenter conficit rationem, & in hoc principalis eius opera versatur.

17 Et caue ne decipiaris, non vult dicere, quòd argentarii nihil aliud facerent, quã scribere, vt multi falsò credunt, sed vult dicere quod præcipua eorum opera, versabatur in adhibenda di-

ligentia, ad conficiendas rationes,& sic non in scribendo tantum,sed in diligenter scribendo.

18 Quæ diligentia non erat tanta in cæteris exercitoribus,seu īstitoribus tamet si & illi rationes conficerent, vt innuit text.in.l. cum seruus.§. vlti.ff.de condi.& demostratio.& in.l.iii.§.pen. ff.ad exhibend.

19 Sanè quod attinet ad artificium, non est dubium,quin & argentarii,negotiationem, facerent.præter scripturam.d.l.argẽtarius,ibi actus sui rationes cõficiunt,& d.l.si hominem.§.pen. &.l.quod priuilegium.ff.deposit. & in.l.vlti.§. circa fin.C.de consti.pecun. vt dixi supra quicquid dicunt Doct.qui putãt, ꝙ scriberẽt tantũ.

20 Ego dico quòd exercebant negotiationem,& hoc significant illa verba, rationes conficiunt actus sui nam ratio,est negotiatio, vt sæpè dixi per text.in.l.si quis.§.rationem.ff.de edend.& non ex solo libro rationum constat,vt in.l.cum seruus, in fi.ff.de condi. & demonstrat. & in.l. vlt.§.i.ff.de appellat.

21 Redeundo ad propositum,si præsupponimus, mercatores nostros ex consuetudine conficere rationes sui artificii,& quidem cum magna diligentia,prout faciebant argentarii,negari non posse videtur, quin & hi cogi debeant edere, argentariorum exemplo.

22 Ad hoc respõde,multa cõcurrere in argenta-

rio,propter quæ iussus fuit edere, quæ in aliis mercatoribus nõ habent locum, vt infra latius explicabo,& docet.tex.in.l.quædam.§.numularios.ff.de eden.& nõ sufficit subesse vnã causã nisi cõcurrant omnes,nec sufficit talem subesse nisi & tanta adsit,vt inferius edisseram.

23 Posset etiam dici,hanc esse causam motiuam, quæ scilicet mouit prætorem,ad edictũ proponendũm,de qua non est curandũ,nisi quatenus edicti verba disponunt.l.i.§.sexum.ff.de postul.

24 Quarto adducitur tex.in.l.quædam.§.numularios.ff.de eden.vbi tex.dispositũ in argẽtariis extenditur ad numularios,quia rationes conficiunt sicut argentarii,& gestorum ab eis probatio continetur in eorũ rationibus,& scripturis, & ad eorum fidem sæpè decurritur.

25 Quæ ratio cũ militet in mercatoribus nostris, ad eos producendũ erit hoc edictũ, ꝙ videtur extendibile,in casibus,in quibus eadẽ militat ratio,vt exprimit tex.in.d.l.quædã.§.numularios & innuit tex.in.l.argentarius,in verb.absimiles eo.tit.sentit.n.ꝙ similes argẽtariis cogi possunt edere,& ita existimant Doct.ad hoc paulo.ĩ.respõdebitur quãdo tex.iste pro contraria parte adducetur.

26 Quinto adducitur mãdatum,quod resultat ex cõsuetudine,quam hoc loco præsupponit Bar. & præsupponunt omnes, hi enim aiunt ex-

tare generalem consuetudinem in Italia uẽ, mercatores conficiãt rationes gestorum suorũ & ob hanc consuetudinem creduntur id facere ex mandato eorum qui secum contraxerunt ut per Bar.& alios qui multa allegant videlicet tex.in.l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actione & l.Titianus.ff.quod cum eo qui tex.nihil probãt quia loquuntur de consuetudine mandantis tamẽ vt animaduertit Dec.in.c.i.nu.27.de prob.

27. Adducitur etiam tex.in.l.vlti.C.de fideiusso. vbi quod vsu quotidiano frequentatur, in contractibus subintelligitur: quẽ text.adducit bal. in rubr.C.de constit.pecun. col.pen.Alex.hic Aret.in.d.c.i.de probation.& ibi Dec. nu.27.facit tex.ĩ.l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de edi. edict.&.l.si pignore.§.vlt.ff.de pigno.actio &.l. iiii.ff.de sponsal.&,l.manumissio per lictores.ff. de manumiss.vindict.quæ adducit Dec.in.d.c.i. nume.27.

28. Aduerte hoc vltimum super quo laborant Docto.& quod quasi basis,& fundamentum huius conclusionis ab omnibus existimatur, apud me parui momenti habetur, quia vt alias dixi, mandatum etiam expressum, facit quidem, vt dicatur mea interesse, seu ad me pertinere.d.l.si quis.§.pertinere.ff.de edend.tamen non obligat aduersarium, ex hoc edicto, ad edendum, si alioqui ille non iubetur edere.

29 Ideq́ super fundamẽto huiusmodi,quod aliis solidiſsimum videtur, minime puto inſiſtendũ, quia iudicio meo nihil,omnino opitulatur.Hæc ſunt quæ pro cõmuni receptaque ſententia adduci poſſunt,cæterum pro contraria, opinione non pauca vrgent, quæ ſequenti capite recenſebo.

C A P. I X.

Mercator non cogitur edere rationes. nu.1.
Ab ſimilis argentario non tenetur edere. nu.2.
Speciale in vſurario,ꝙ teneatur edere,& in quo conſiſtat specialitas,nu.3.& 4.& 5.
Argentarii an conficerent rationes aliorum nu.6.& 7.
Mandatum non ſufficit ad edendum, ex hoc edicto. nu.10.
Edere nemo cogitur,qui non specialiter iubetur. nu.11.
Argentarii tantum,& qui pecuniam exercent,tenentur edere. nu.12.

1 Contrariam ſentẽtiam,quod immò mercatores noſtri, non cogantur edere, tenuerunt multi nõ contemnendæ authoritatis viri,videlicet gl.in cle.i.§.cæterum,de vſur.& ibi Anch. bal.in.l.i.§.rationes.ff.de eden,& Alb.in.l.vlt.

col.2.in prin.j.eo.idem Albe.hic.in fi. nu.5.qui dicit quod ita tenuit Iacob.belui.Idẽ tenet bal. in.l.i.§.rationes in fin.ff.de eden. & idem bald. hic col.2.post prin.nu.9.Imol.in.c.i col.2 num. 10.de probatio.& ibi Barb.col.xvii.in princ.in versi.relati nu.33.& ibi Anch.nu.4. post.Inno. Idem' tenet Angel.sibi contrarius in.l.argentarius in prin.ff.de e den.& Fulg hic.col.2.post med.nu.4.& col.sequ.nume.5.& Paul.castr.hic col.2.circa fin.num.5.& Aret.in.d.c.i.de probatio Ias.hic col.4.post.med.nu.15.& Purpu.col. 4.post prin.nu.19 & Dec.col.viii.post prin.nu. 18.& Alciat.nume.15.& Moder. Bono. numer. 65.&.nume.66.& ita seruatur Florentiæ,secundum Iaso.

2 Hanc sententiam videtur probare tex.in.l.argentarius,in verb.absimiles.ff.de eden.vbi nullus ab similis argentario,cogitur edere,sed iste tex.retorquetur,vt visum est, mercatorũ enim officium publice vtile est.l.vlt.in fin.C. de const it pecun. item si admittimus quod conficiant rationes diligenter,prout argentarii, videntur similes, & per consequens posse cogi edere.d. l.quædam.§.numularios;ff.de edend.de qua re postea videbimus.

3 Secundo contra communem adducitur exemplum vsurarii,in quo speciale est,vt edat rationes,priuatas,secundum glos.in Clem.i.§.cæte-

rum,de vsuri.ergo ius commune in cæteris est. in contrarium.l.ius singulare, &.l.quod verò ff.de legibus. Bartol. in.l. in his .ff. de legibus Dec.in.l.i.numer.10.ff.de regul.iur.

4 Ad hoc potest responderi speciale esse respectu criminis, cum alioqui in criminalibus nec quidem fisco edatur.l.qui accusare.j.eodem.§. item diei.ff.de iure fisci.cæterum respectu negotiationis,videtur regulare,quod edant negotiatores,dummodo sint similes argentariis.d.l. quædam,§. nummularios, & . d.l.argentarius, in verbo. ab similes.ff.eod. & per hoc videtur concludendum quod mercator edere debeat.

5 Potest etiam responderi materiam vsurarii, nihil commune habere cum hoc edicto, vt dixi,cum de vsurario tractaretur, ideo ex diuersis non fit illatio,l.Papinianus digestis de minoribus.

6 Tertio plerique eo vtuntur argumento,quod argentarii aliorum rationes conficiebant,& ad publicã vtilitatem,seu ad aliorum instructionẽ. l.prætor.§.i.ibi singulorum rationes conficiũt, &.l.argentarius,in verb.publicã habet causam. ff.de eden.& in.l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.credit. in vers.fidem publicam, quæ cessant in mercatoribus,qui sibi ipsis priuatim cõficiũt rationes suas,& ad sui instructionem tantum.

7 Aduerte argentarii conficiebant rationis suas principaliter,& sic rationes actus sui,seu negotiationis suæ.l.argentarius in prin.in verb.actus sui,in consequentiam conficiebant aliorum rationes,scilicet eorum, qui secum contrahebāt, mutuando,vel deponendo,vt in.d.l.si ventri.§ in bonis, & in.l.si hominem.§.pen. &.l.quod priuilegium.ff.deposit.& sponsiones faciendo, & constituta, vt in auten. de fideiusso.in fin.& in.l.vlt.in fin.C.de constit.pecun. & in.l.si quis §.rationem.ff.de edend.& alia huiusmodi.

8 Cum itaque hæc scriberēt, & de his conficerent rationem,principaliter actus sui rationem cōficiebant,tamen in consequentiam etiam eorum qui secum contraxerant, rationem conficiebant,& hoc est quod ait lex eos conficere rationem singulorum,licet aliter intelligant docto.& perperam quidem.

9 His sic explicatis, negari non potest quin etiā mercatores nostri,aliorum rationes conficiant, prout & argentarii faciebant, quicquid dicant Purpu.Dec.& Alciat.& Mod. bono.

10 Illud tamen te non latere velim;hoc ipsum,nihil proficere,quod ratio mea a te fuerit conscripta,de negotio aliquo particulari, non loquor de generali administratione, de qua,in.l.quædam.ff.de edend. sed de particulari contractu, item loquor de remedio huius edicti,quod da-

tur ad interesse, hoc casu nihil prodest quòd ratio hæc fuerit mandato meo facta, seu quod ad me pertineat, & meum quodámodo censeatur instrumentum, nihil enim proficit, ad hoc, vt ad uersarius meus, seu qui scripsit, ex hoc edicto teneatur edere, sufficit quidē hæc causa, vt ego ad petendum idoneus existimer, sed aduersariū non obligat, qui alioqui in edicto non erat cōprehensum, & sic super huiusmodi genere argumenti, non est insistendum, quicquid dicant docto. an autem sint similes argentariis, id sequenti capite explicabo.

11 Contra cōmunem facit regula de qua in. l. i. §. edenda, & .l. ii. ff. de edend. vbi concipitur regula negatiua, quod nemo cogitur edere, nisi iussus fuerit ex edicto prætoris, & hoc est maximū fundamentum.

12 Quinto pro hac opinione mihi videtur text. in. l. si quis. §. rationem, in versi. nec si pignus. ff. de edend. vbi argentarius pignus acceperat, forte pro mutuo dato, tamen non tenetur edere pignus, & sic nihil quod non pertineat ad pecuniam argentariæ, edere cogimur, vt facile intelligamus in nullo alio mercimonii, siue artificii genere, edi oportere, quā respectu pecuniæ argentariæ mensæ quod cum in argentario ipso fuerit statutum, in quo concurrunt ea de quibus in. l. quædam. §. numularios, & in. l. argenta

rius, in prin.ff.de edend.& de quibus in.l.quod priuilegium.ff.deposit.multo magis erit obseruandum in alio quouis institore, seu exercitore, qui argentariam seu nummulariam nō exercet.

13 Hec opinio.mihi placet, qua retenta, superest vt respond.ad tex.in.l.quædam.§.nummularios qui pro communi plurimum vrgere videtur, quod sequenti capite explicandum reseruo.ibi vide,

C A P. X.

L.quædam.§.uummularios.ff.de edend.quomodo procedat. nu.1.
Mercatores non sunt similes argentariis. nu.2.
Argentarii, & .nummularii differunt tanquā genus & species. nu.3.
Species sub genere proprie continetur nu.3.
Copula requirit vtrumque copulatum concurrere. nu.5.
Similitudo qualis exigatur cum argentario, vt quis teneatur edere. nu.5.6.7 & .8.
Argentarii qualitates.quæ & quot, num.6.7. 8.& num.9.
Argentarii ordo gratiosus nu.9.& .10.
Argentariorum vsus necessarius.nu.10.& .11.
Argentarii differunt ab aliis mercatoribus.nu.13
Cam-

1 Text.in.l.quædam.§.nummularios.ff.de edē. plurimum ei opinioni fauere videtur, qua receptum est, mercatores nostri temporis libros rationum suarum edere oportere, exemplo numulariorum, qui licet non essent in edicto comprehensi, tamen quia erant similes argentariis, cogebantur edere.

2 Ad hoc ego respondeo, & dico mercatores hosce, minime esse similes argentariis, & sic cessat argumentum, & retorquetur, cum enim sint absimiles, non possunt cogi edere.l.argentarius eod.titul.& est aduertendum similitudinē quā considerat tex.in.d.§.nummularios, esse omnimodam, ideo toleratur extensio, quæ alioqui non toleratur in hac materia, sed sufficit dicere non iubetur edere, ergo non cogitur.d.l.ii.ff. de edend.

3 Item argentarii, & nummularii differunt, tam-

quam genus & species vt animaduertit Bud.in d.l.si hominem.ff.deposit.ideo verba legis quæ de argentariis loquuntur, etiam proprie com-præhendunt nũmularios,prout species sub ge-nere.l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de leg. tertio.l.i.§.conuentionis. ff.de pact.l.iurisgen-tium.§.sed si fraudandi,vbi.Alex.eo.titu.Ang. in.l.qui vsum fructum.ff.de verbo.obligationi. & ĩ terminis probat tex.in.d.l.si hominẽ.§.pen. iuncta.l.quod priuilegium.ff.depositi.

4 Et vt intelligatis qualis sit hæc similitudo,quã considerat lex in terminis nostris, scire opor-tet quod multa concurrunt in argentario, quæ omnia necesse est concurrere,in alio,qui ad ar-gentarii exemplum,edere cogendus est.

5 Ea enim est copulatiuæ coniuntionis natura, vt omnium quæ coniunguntur,concursus exi-gatur.l.si heredi plures.ff.de condi. institu.l.si quis ita stipulatus fuerit decem.ff.de verb.obli. Bart.Alexan.& Ias.in.l.i.ff.de iust.& iur.

6 Primum exigitur quod rationes conficiant, sicut argentarii.d.§.nũmularios,vult dicere nõ sufficere,quod conficiant rationes nisi cõficiãt sicut argentarii.i.cum tanta diligentia, quanta in argentariis laudatur.d.l.argentarius in prin. alioqui & institor quilibet,& exercitor tenere tur edere.

7 Secundum est,vt probatio gestorum in eorum

ſcripturis codicibusque maximè contineatur. d.§.nummularios.

8 Tertium eſt quod populus ad eorum fidem cõfluat,magni.n.eſtimatur hæc populi frequentia, vt in.c.cum dilectus, de fide inſtrumentorum,& ſic non ſufficit rationes diligenter eſſe confectas,niſi ad eorum fidem confluat populus.d.§.nummularios, & hæc eſt publica vtilitas,quã cõmemorat text.in.d.l.argentarius, in princ.& in.l.quod priuilegium.ff.depoſit. quæ etiam conſiſtit in alio vt ſtatim dicam.

9 Quartum eſt,quod accipiant pecuniam,& erogent per partes.d.§.nummularios, & in hoc aduerte,quia iudicio meo non ſufficit aliquem eſſe præpoſitum alicui tabernæ, ſeu mẽſæ alterius mercimonii,ſeu artificii,quia prætor loquitur de his tantum, qui pecuniam accipiunt, & errogant per partes,& vere his congruit nomẽ rationis,de qua in.l.ſi quis.§.rationẽ.ff.de edẽ. ibi enim vltro citroque datur pecunia,& creditur, obligatio contrahitur, & ſolutio,quæ non tam frequenter,nec ita facile,in aliis mercatoribus interueniunt, vt docet experientia, hinc videmus argentariæ ordinem ſemper omnibus gratioſum fuiſſe,vt hoc loco ex Cicerone ſcribit Alciat.quod tacito authore mutuo ſumpſerunt,Mod.Ferrarien.in.l.eandem nu.144.ff.de duob.reis.

10 Hinc etiam argentarii vſum in Repu. neceſſarium eſſe,& in eo.publicam vtilitatem verſari,ſcribit Papin.in.l.quod priuilegium.ff.depoſiti. & cauſam habere publicam, ſcribit Caius. in.l.Argentarius.ff.de eden.& fidem publicam ſubeſſe tradit tex.in.l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priuileg.credit,& hoc eſſe virile officium,ſcribit Calliſtrat.in.l.fœminæ.ff.de edend. quæ de alio quopiam mercatore,tradita non fuere,immò in aliis mercimoniis,nihil refert an maſculus, vel fœmina exerceat.l.i.§.parui.&.l.ſequ.ff. de exercit.actio.&.l.ſed & ſi quis.§.parui.&.l. ſeq.ff.de inſtito.

11 Nec mirum cuiquã videatur cur aliud in argentariis,aliud in cæteris mercatoribus ſit obſeruandũ,nam nemo eſt,qui neſciat,vſum n um mi per neceſſarium eſſe, & cæterarũ mercium vtilitatem ſuperare.l.i.ff.de contrahen. empti. & per hoc facile intelligimus,maiorem vtilitatem populo reſultare, ex vſu argentariorum, quã cæterorum mercatorum,nam plerumque & frequentiſsime,non ſolum domi,ſed & foris & quidem in longinquis regionibns, pecunia indigemus,quæ nobis ſubminiſtratur ab argentariis.& numulariis,nec ſolum ſua ipſorum pecunia, ſed ſæpiſſime aliena,& alieno mandato, nobis numeratur, & ſic negotiatio hæc latior eſt, & generalior, & magis populica, quã quæ

vis alia, & magis vtilis.

12 Item apud eos deponuntur pecuniæ etiã multorum sub fenore, quæ alioqui occisæ essent, ex quibus facile intelligimus vere in his publicam subesse causam.i.publicam vtilitatem, & multorum negotia ab his tractari, quæ nec tam facile, nec ita frequenter, in aliis mercatoribus interueniunt meritò itaque hos solos ad edendum coegit prætor, vtpote in quibus longe plurium negotiatio spectatur, & quorum vsus magis est necessarius, & in quorum negotiatione longè maior vtilitas publica, & frequentius versatur, quã in cæteris.

13 Ex his concludo, mercatorem pannorum, aut Aromatum, aut særici, hodie non esse cogendũ edere, ad exemplum argentariorum, quia in eo non concurrunt ea omnia, quæ desiderat text. in.d.§.nummularios, in sola enim exercitatione pecuniæ, habet locum hoc edictũ.d.l.si quis. §.rationem, in verb.credẽdi, & in verb. pignus & in.d.l.quædam.§.nummularios, dum considerat text.ꝙ.nummularii accipiunt pecuniam, & eam per partes erogant, quæ verba non sunt otiosa, nec sine mysterio prolata, & sic non sufficit, ꝙ conficiant rationes diligenter, sed oportet ꝙ accipiant pecuniam, & eam erogent per partes, quæ qualitas non verificatur in mercatore serici aut aromatum, vt sciunt omnes.

14 Puto tamē quod Campſores,& trapexitæ, qui bus hodie vtimur,poſſint cogi,quia con ueniūt verba edicti,de argentariis , & de nummulariis loquentia,igitur habebit locum & diſpoſitio.l. iiii.§.toties. de damn. infect.nec verum eſt hoſce trapexitas antiquis eſſe abſimiles, īmò ſunt omnino ſimiles , & non minus neceſſarius eſt horum vſus,quam antiquitus fuerit, de quo in l.quod priuilegium.ff.depoſiti.& conficiunt diligenter rationes,& accipiunt,& erogant pecunias per partes,& harum rerum probatio, eorū ſcripturis continetur prout &antiquitus obſeruabatur.d.l. quædam.§.nūmularios.ff.de eden. & publicam vtilitatem continet eorum officiū vt in.l.argentarius, in prin.eod.tit.&.d.l.quod priuilegium,quæ omnia cum concurrant,fateri etiam oportet,in his locum eſſe edicto de edendo,nec eſt verum recentiores trapexitas ab antiquis nummulariis electione, nec authoritate, differre,vt alias oſtendi amplius nō repeto.

15 Tenebuntur igitur hodie edere noſtrates nūmularii,eodē modo,quo cōpellabantur antiqui alii inſtitores,ſeu exercitores non tenebuntur, ꝓut nec antiquitus cogebātur, quicquid dicāt doct.Cū.n.nihil īmutatū appareat,nec ego cor rectionē inducā,cōtra text.in.l.præcipimus. in fi.C.de appe.&cōtra gloſ.in.c.cupientes.§.ꝙ ſi per xx.de electio.lib.vi.

Excipio ſemper conſuetudines locales ſi quæ

extant,quas omnino ſeruandas cenſeo.l.de qui bus.ff.de legibus ſed cum de iure ſcripto erit diſputandum, hæc puto veriſsima.

16 Ex his patet Hæbreũ,qui negat pignus ſibi da tum fuiſſe,a famulo ſcolaris,non eſſe cogendũ, edere libros ſuos,vt de pignore dato appareat, quia hoc nõ pertinet ad argentariã.d.l.ſi quis.§ rationẽ.ff.de eden.quicquid dixerit Bal.in.l.i. §.editiones.ff.de eden.& Dec.in.c.i.col.ix.in fi.nu.20.de probatio.& habet locum regula,de qua.in.l.nimis graue.C.de teſtib.&.l.vlti.ȷ̃.eo.

17 Apparet etiam quid de nauta,caupone,ſtabulario,ac publicano,cæterisq; huiuſmodi hominum generibus,ſtatuendum ſit,puto.n.nõ tenebuntur edere,ex hoc edicto,quia in eo nõ comprehendũtur.l.ii.ff.de eden.nec ſunt ſimiles argẽtaris.l.argẽtarius in verb.abſimiles,eo.tit.nec etiã tenebuntur,ex cle.i.§,cæterũ,de vſur.vt antea difuſius explicaui,amplius non repeto.

18 Queſo hæc omnia memorie mãdate quia noua ſunt, & a cæteris nõ animaduerſa,& niſi fallor nõ cõtemnẽda,quãquã ſcio nõ defuiſſe, nouiſsimos quoſdã,quibus nõ ſapit iſta ſeges,quiq; cũ noua quædã axiomata in materia hac a me prolata,nõ intelligerẽt,ſola vetuſtate cõfidẽtes,materiam hanc mihi non magis,quam parieti cuipiam, notam eſſe, & ſuperbe & arroganter iactauerint,ſed eos permittamus,in ea in qua ſunt

ignoratione versari,nos ea quæ cõmẽtati sumus his tãtũ scripta esse volumus,qui certo sensu,& vero de nobis sunt iudicaturi,nõ autẽ eis,qui ne istud faciãt,sũma maleuolẽtia,& liuore ĩpediũtur.

CAP. XI.

Tex.in.l.i.C.de edendo.duplicem habet sensum & vtrumque communiter approbatum. nu.1.& .20.& per totum.

Rationes,exponuntur pro instrumentis secundum communem sententiam Doct.& etiam pro rationibus.

1 OPeræ pretium est,vt ostendamus vtrumque sensum,ad hanc legem nostram,esse cõmuniter receptum,& neutrum reprobari a doctoribus,sentiunt enim Docto.text.hunc & de instrumentis intelligi posse,& de rationibus, quæ disceptatio laboriosa est,potius,quã subtilis, nihilominus,quia non desunt,qui nodum in scyrpo quærãt,& audacissime,quicquid in buccam venerit,effutiunt,operæ prætiũ duxi,super hoc paulò diffusius,quã forte oportuerit,verba facere,non laborabo in eo , vt ostendam hunc tex. de rationibus accipi , nam hoc , & verba legis præseferunt,& Doct.passim admittunt,laborandum est tantum,vt appareat etiam alterum sensum esse a Doct. receptum, vt scilicet loquatur de instrumentis,& sic verb.rationes exponatur idest instrumenta,qua in re idem dico , nõ quia

placeat mihi is sensus, sed quia & hunc sensum admittunt Doct.& de hoc tantum quæritur, an sic accipiatur, non autem an sic debeat accipi.

2 Hunc sensum probat, hoc loco glo.in verbo rationes, quæ refert aliorum opinionem ita exponentium, & referendo eam, approbare intelligitur, eo ipso; quod non improbat, iuxta glo. in.l.omnes.ff.qui satisdare, cogan.licet primam sibi magis placere ostendat, & ita eam intelligit, & sequitur Barto.in secundo comentario, expressius hoc tenet glos.in.l.vltima.in verbo. rationes, & in verb.exhiberi.ȷ.eod. vbi exponit rationes pro instrumentis, & allegat text.hunc, quãobrem non potest negari, quin hæc sit sententia glos.Idem tenet hoc loco Bar. expresse, nec potest cauillari, clarius in secundo comentario in prin.hoc probat, & dicit expresse ꝙ postremus hic sensus est magis verus.

3 Ideò non oportet refricare in dubium mẽtem Bart. Bal.hic in prin.dicit tex. hunc loqui de rationibus secundum verum intellectum; tamen deinde subiicit quòd secundum alium intellectum loquitur de instrumentis; & ꝙ loquitur duobus modis, & vtrumq; prosequitur, & hũc secundum, quasi verum prosequitur, nu.3.&.4. deinde nu.5.facit oppo.contra vtramque lecturam, & dicit quod illa oppositio, fit cõmuniter contra vtramque lecturam, præsupponit ergo,

quòd vtraque lectura, sit cõmuniter recepta, ex quo doctores cõmuniter, contra vtramque lecturam faciunt oppo, & soluunt.

4 Sal.hic nu.2.expresse approbat hunc secundũ sensum, dum ait nota ex isto tex. ꝙ reus non tenetur edere actori instrumẽta, nec rationes, postea vacillat, tamen in.l.vlti.C.de eden.fatetur instrumẽta cõtineri appellatione rationũ, ideò ne sit sibi cõtrarius, dicendũ est, ꝙ vtrũq; sensũ approbat, vnũ proprie, alterũ improprie, licet sibi magis placeat vnus, quã alter Pau.castr.hic expresse loquitur de instrumento in cõpendio, & idẽ Pau.ibidẽ col.2.circa med. vers.sed alii, vbi exponit rationes, idest, instrumẽta, & subiicit ꝙ alii ita tenent, & sic sentit esse cõmunem.

5 Hoc etiã verbo vtitur glo.dum dicit ꝙ alii intelligunt de instrumentis, & sic omnes alii ergo est cõmunis sensus Alex.hic idem probat in cõpendio, & expresse in vers.nam primo, nu.1.cũ ait ꝙ textus iste primo intelligitur in codice rationum, secundo in instrumentis, & licet postea col.4.ante med.nu.8.dicat ꝙ hæc secũda interpretatio, aliqualiter violat tex.tamen per hoc, non se corrigit, nec reprobat illũ sensum arg.l. nõ ad ea.ff.de cõdi.& demõst.sed ostendat quo modo sustineatur, vult dicere ꝙ ex impropria verborum significatione, sustinetur.

6 De qua re minime anxius sum, quia non curo

ego,quomodo defendatur,nec qua ratione teneant Doct.hunc intellectum,dummodo eũ admittant,eundem intellectũ approbat Iaſ.hic in prin.in verſ.ſecũdo modo,qui eum defendit ab oppugnatione,Anto.de Alex.in verſ niſi tu vltra,& licet Iaſ.magis approbet primũ ſenſum, tamen etiam hunc defendit.

7 Dec.ſine ſcrupulo eundẽ ſenſum probat, duꝫ ſimpliciter approbat cõpendium Bar.ꝙ ſummarium cõplectitur breuiter vtrumq; ſenſum, ſimpliciter enim concipitur, & indifinite, ſcilicet quod reus non tenetur edere actori,ꝙ compendium nimis generale eſſet,niſi ad vtrumque referatur,& ad rationes & ad inſtrumenta, & cõpendium illud ſic generaliter conceptũ,& cum generali interpretatione,cõmuniter a doctoribus approbatur, vt facile intelligamus ab eiſdẽ vtrumque ſenſum admitti,& comprobari,alioqui compendium hoc ſtrictius concipere oportuit,& illud ad rationes reſtringere.

8 Cum itaque omnes admittant cõpendiuꝫ hoc generale,quod vtriq; ſenſui congruit,& vtrumque complectitur,fateri oportet ex cõmuni ſententia doctorum, vtrumque ſenſum eſſe receptum,& quod compendium huiuſmodi ſit cõmuniter approbatum, tradit hoc loco Dec. in princ.dum ait quod hæc lex sũmatur, vt hic per Bar.& Doct. Et clarius hic in quinto not,dum

elicit notabile generale, quod reus nõ tenetur edere actori, & sic nihil tenetur per hunc text. edere, hoc est neque instrumenta, neque rationes, alioqui debuit strictius concipere notabile videlicet, quod non tenetur edere rationes.

9 Hanc eandem sententiã probat hoc loco Soc. dum expresse facit compendium secundum vtrumque sensum, Ange. quoque generalibus verbis concipit compendium, ita vt complectatur vtrumque sensum, & clarius in tertio. notā. vbi ponit exemplum de eo, qui instrumentum, vel librum rationum, edere cogitur officio iudicis. Curt. & ipse approbat sumarium Bart. & sic vtramq; lecturam, Rip. idem sentit in prin. dum approbat compendium Bar. & clarius paulo. j. nu. j. dum ait expresse, hunc text. in verb. rationes, habere duplicem sensum, & ita cum vtroq; transit intellectu.

10 Et licet postea num. 4. dicat quod si intelligamus de instrumentis, hic agi, aliqualiter violantur verba, tamen non se se corrigit nec mutat sententiam Argu. l. non ad ea. ff. de condi. & demonstrat. sed ostendit qualiter sustineatur ille sensus, non enim dicit ꝙ omnino violat, sed aliqualiter. i. paululũ. l. ex maleficiis. ĩ. fi.. ff. de actioni. & obligatio. & sic aliquanto improprie sustinetur, tamen, licet improprie, sustinetur, prout etiã gl. ipsa, sentit in. d. l. vlt. in fi. quæ cum ratio

pes pro instrumentis accipimus, id improprie fieri tradit, in verbo. rationes, & in verbo. exhiberi.

11 Ioan. de vicomerc. in prin. approbat vtrunque sensum, dum approbat compendium Bar. & clare. nu. 25. notat. ex gl. alium intellectum, ad text. videlicet quod intelligatur de instrumentis, postea subiicit primum intellectum magis placere doctoribus, in quo aduertatur, quod cum non loquatur de seipso, nec quòd sibi magis placeat, exprimere, sed ait id magis placere doctoribus, prout postea clarius explicat. nu. 45. vbi ait cōmuniter reprobari sensum illum, perseuerat igitur ipse in ea opinione, quā antea. expresserat, scilicet quod iste tex. posit intelligi, de instrumentis, licet doctores secundum eum aliter teneant.

12 In quo tamen decipitur, prout dicam infra, & forte decepit nouissimos quosdam, attestando communiter reprobari id, quod est communiter approbatum; Alber. hic expresse approbat hunc secundum sensum, in prin. dum loquēdo de glos. quæ incipit, idest codicem, eam approbat in fine, & sic in vltima parte, subiicit deinde quod ita exponitur, in. l. vlti. C. eod. illa est glo. in verb. rationes, & sic Albe. expresse approbat hunc sensum, & ibi dicit quod Odofre. Ita tenet Alciat. expresse ita intelligit hunc text.

proprietatem vocabuli, tamen etiam tuetur secundum, dum tollit obiecta, per ipsum facta, clarius hoc exprimit Purpu. ibidem. numer.2. dum colligit ex hoc text. quod reus nõ tenetur edere actori, & subiicit, ita de instrumentis, & rationibus, probat iste text. secundum duas lecturas, glo. quas Bart. veras esse dicit, & Docto. cõmuniter sequuntur istam regulam hic.

16 Hæc sunt verba Purpur. ex quibus apparet quod hæc regula, colligitur ex isto textu, secundum Doctor. communiter, & sic attestatur de communi, & non potest dici, quòd eam improbet licet primam, vti veriorẽ, verbis magis congruere, sibi videatur.

17 Non omitto etiam quod doctores cõmuniter in.l.vlti.§.eod.text. illum, qui loquitur de rationibus, intelligunt loqui de instrumentis, & pro concordanti allegant hunc tex. & præsupposito quod tex. ille loquatur de tex. nostro, & reddat rationem decisionis, hoc loco factæ, ab Antonino, prout tenent communiter Doctor. negari non potest, quin Docto. cõmuniter, in.d.l.vlti. intelligant text. hunc, loqui etiam de instrumentis, & sic quicquid dicat vicomercatus, nu. 45. nõ est verum, quod hic secundus sensus glo. cõmuniter reprobatur, sed verius est eum approbari communiter per Doctor. hic, & in.d.l. vltima.

21 Quicquid sit, hanc opinionem expresse tenēt glo.Bar.Odofred. Alber.Aret.Paul.Cast.Soc. Alciat.Gozadin,& alii de quibus meminit glo. & Paul.Cast.quorum testimonia cauillari non possunt, tenet etiam expresse Alex. licet postea dicat, quòd aliqualiter violatur littera, eundem sensum tenent in compendio.Dec.Curt.Ange. Rip.Item hunc intellectum approbant omnes, qui tenent, quòd appellatione rationũ, veniant instrumenta, & ꝙ qui tenetur edere rationes, tenetur etiam edere instrumenta, quod tenent communiter in.l.vlti.§.eod.& fundant se in hoc tex.nostro,& ibi, plerique ex his, qui hoc loco titubant, expresse tenent, ꝙ rationes pro instrumentis, accipi debent.

Pro contraria stant Fulgo.Riminal.& duo ex nouissimis, Patauin.scilicet & Bononien.quorum authoritate quantum sit tribuendum, cæteri videant, & dato etiam ꝙ vicomerc. & Purp. pro hac possint adduci, non tamen faciunt communem, immò etiam si addātur hi, qui hoc sensu admisso, aliqualiter violari verba legis arbitrantur, cōmunem non constituent, qui tamen in hanc sententiam non sunt trahendi, quia qui aliquid improprie fieri dicit, non improbat. Ex his patet vtrumque sensum esse cōmuniter receptum, hoc est neutrũ reprobari, quicquid dicat vicomer.& quicquid dicāt nouissimi qui

dam,qui ad pauca respicientes, olim,etiam spõsione facta, ausi sunt, summa & in verecunda contentione asserere postremum hunc sensum, cõmuniter esse reprobatum,& nisi res ita se haberet,se in omnibus disceptationibus, semper, & vbique victos fateri,& cum alia ratione argumenta diluere nescirent,respõso nõ dato,quasi contra communem,pugnare non tenerentur,ę studio recesserunt,non habita ratione,nec suæ, nec alienæ dignitatis.

CAP. XII.

Instrumenta edere an debeat is,qui rationes tenetur edere? *nu.1.*
communis est quod sic. *nu1.*
Lex quæ habet multiplicem sensum pro neutra parte adduci potest. *nu.2.*
Lex declaratoria secundum terminos legis interpretatæ,debet intelligi. *nu.3.*
L.dissolutæ.C.de condict,sine caus.quomodo procedat nu.5.& .6.
L.qui tabulas.ff.de furt.quomodo procedat. nu.8.9.& .10.
Exactiones illicitas pati non debet iudex. *nu.11.*
Ratio diuersitatis adduci non potest,inter rationes,& instrumenta. *nu.12.*

1 SVpereſt vt videamus, an qui edere rationes iubetur ex edicto, cogi poſſit etiam edere in ſtrumenta propria, præcipue ad fundandam exceptionem, quæ quæſtio tractari ſolet. in.l.vlti. ſ.eod.Dec.in.c.i.nu.38.de probatio. dicit queſtionem hanc eſſe ambiguam, nec quicquam in alterutram partem adduci poſſe, quod efficaciter vrgeat, ait tamen eam eſſe cõmuniter receptam ſententiam ſcilicet, quod inſtrumenta reo edi oporteat, pro vt etiam rationes edi debent, & hanc probat glo.Cyn.Bart.Bal.Ange.Raph. & Caſtren & Alex.& alii in.d.l.vlt.C.de eden. per illum text.& Docto. cõmuniter in d.c.i.

2 Pro hac opinione adducitur tex.in.l.vlt.ſ.co. ſecundum cõmunem ſenſum, tamen Dec. in.d. c.i.de probation. dicit hunc text.in vtramuis partem adduci poſſe, adeò pro neutra probat, iuxta tradita per Bar.in. l.in ambiguo.ff.de rebus dubiis, & re uera text.in.d.l.vlti.in primo caſu, quando loquitur de editione per actorem reo facienda, de rationibus loquitur, nullam inſtrumentorum mentionem facit, nec admittendum, puto vt rationes, pro inſtrumentis accipiamus.

3 Quia text.in.l.non eſt nouum, qui eo in loco declaratur; loquitur de rationibus: non autem de inſtrumentis, ideò lex declaratoria: ſecundũ terminos legis declaratæ debet interpretari, ar-

gu.auꝺen.de Fil. ante dotal. instrumen. nat. in prin.Dec.in.d.c.i.nu.38.de probation.

4 Item quia rationes sunt species, instrumenta sunt genus.l.prima digestis de fide instrumentorum ideò non possumus exponere rationes, idest instrumenta, quia species appellatione, non continetur genus.l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de leg.tertio Dec.in.d.c.i.nu.38.de probatio.

5 Secundo pro hac adducitur text.in.l.ii.quæ incip.dissolute.C.de condiꝺ.sine causa.non est inquit,ambigui iuris instrumentum solute quã titatis, retentum penes creditorem, inefficax remanere, & ideo per condiꝺionem reddi,est ibi casus,in quo secundum Bart. aꝺor edit reo instrumentum,ad exceptionem fundandã, Sal. in.d.l. vlt.Respon.tex,illum nihil facere ad propositum,& idem tradit Bal. in.c.i.de probatio. & ibi Dec.col.xix.post med.nu.38.

6 Et vere text.ille non loquitur in terminis nostris,vt scilicet fiat ediꝺio,ex hoc ediꝺo,per officium iudicis,vt.l.i,C.de edend. & ibi Doꝺo, sed in text.illo per conditionem sine causa petitur exhibitio, vt animaduertit Bald. & Salic, & Dec.vbi supra item ibi exhibitio petitur ad effeꝺum, vt originale ipsum remaneat penes eum, qui exhiberi postulat, & quidem perpetuo,ediꝺum istud traꝺat de editione facienda,

vel per inſpectionem,vel per exemplum, ita vt quod editur originale,ſit manſurum penes exhibentem,vt in alio propoſito declarat Rip.in. l.ii.col.2.C.de edend.

7 Item tex.in.d.l.ii.C.de cōdict.ſine cauſ.loquitur de actore,ibi enim non moleſtabatur debitor, ſed āgebat ipſe conditione ſine cauſa,ad repetendum Chirographum,quia tamen nō ad hoc agebat, vt alteri moleſtiam, ſeu negotium faceret,ideò auditur,quia ceſſat ratio,de qua in d.l.nimis graue.C.de teſtibus,quod nota, pro actore,in ſumma hoc verum eſt,non probari intentionem Barto.ex.d.l.ii.C de conditio.ſine cauſa.

8 Tertio loco Bart.adducit tex.in.l.qui tabulas ff.de Furt.qui tabulas,inquit text.vel cautiones ammouerit,furti tenetur,non tantum prætii eorum,ſed etiam ſummæ,quæ in tabulis continetur,putà ſi chyrographa aureorum decem,tabulæ fuerint,hoc duplicabitur,idem eſt ſi iam ſolutum proponatur,quod ibi ſcriptum eſt, quia intereſt creditoris, habere huiuſmodi tabulas, etiam inanes,quia debitores nonnūquā eas ſibi reſtitui petunt,item nonnūquā calumniantur debitores,quaſi in debito ſoluto, & ob id intereſt creditoris,tabulas habere,ne forte controuerſiam ſuper ea repatiatur, ideò duplabitur ſumma in eis contenta,contra furem.

9 Hic est sensus illius legis, ex quo text. noto quod debitores interdum vexant creditores suos, condicendo Chyrographum, cuius summa est soluta, & sentit illæ text.hoc chirographum illi esse reddendum, quia apud creditorem incipit esse sine causa, & rectè condicitur, vt in.l.ii.C.de condict.sine caus.& in hoc exemplo in.d.l.qui tabulas,non probat intentionem Barto.quia obstant omnia quæ dixi super.d.l. secunda.

10 Aliud est exemplum de creditore, cuius interest habere penes se chirographum, vt euitet controuersiam, quam pati potest ex calumnia aduersarii, si forte causetur se indebitum soluisse,& hoc casu minus probat ille tex.nam ante motam controuersiam nihil opus est exhibitione Chyrographi,post eam motam exhibitio ista non petitur ab aliquo,sed creditor ipse qui habet penes se illud exhibet,ad sui defensionē, & ad excludendam debitoris calumniam, ex quibus apparet tex.illum,Bartoli intentionem, non probare.

11 Adducitur quarto text.in.l.non est, nouum, & .l.iustum.§.eod.qui text.loquuntur de rationibus edendis,de qua re minime dubitatur,quæstio est de instrumentis,ideò solum tractandum est,nunquid eadem ratio militet in instrumentis, quæ subest in rationibus, de qua re postea

videbimus.

11 Quinto iudex pati non debet exactiones illicitas.l.illicitas.ff.de officio præsid.l.planè, in fin. ff.de petitio,hæred.facit text.in.c.iudicantem. iii.quæst.v.igitur pati non debet quod actor illicite exigat a Reo indebitum,de quo poteſt apparere per inſtrumentum ſuum.

12 Sexto, ratio, quæ militat in libris rationum exhibendis,eadem viget etiam in inſtrumentis, ſcilicet quia poteſt actor ſubmoueri doli exceptione, non minus per inſtrumenta, quam per rationum libros,ideò cogendus eſt actor edere inſtrumenta, vt de ſolutione appareat, & ſic non minus per inſtrumenta,quam per rationes, excludi debet actor a calumnioſa petitione, & hoc eſt potiſsimum fundamentum, quo innititur hæc concluſio, & dicit Alexan.in.d.l.vlti. numer.3.quòd inter inſtrumenta, & rationes, non poteſt adduci diuerſitatis ratio,quod an ſit verum, poſtea videbimus,ſequent.cap.numer. 16.ſupereſt vt diſpiciamus ea, quæ in contrarium adduci poſſunt, quæ ſequenti capite tractanda relinquo.

CAP. XIII.

Instru-

Instrumenta edere non tenetur argentarius numer.14.
Ratio differentiæ inter rationes,et instrumenta. nu.16.
Negligentia,argentario imputatur. nu.18.
Argumentum a rationibus edendis,ad instrumenta non valet. nu.19.
Instrumenta non sunt edenda. nu.20.
Fallit in quatuor casibus. nu.20.21.

1 CONtrariam sententiam quod instrumenta reo minime sint edenda, tenuit glo.in.c.G. perpetuus, de fide instrum.& Azo.& Odofre. & Iaco.Butrig. & Sal.in.d.l.vlti. qui dicit hanc opinionem, melioribus rationibus esse subnixam.

2 Primo vt seruetur æqualitas inter actorem,& reum.l.vlti.C.de fructibus, & lit. expen.præsertim circa probationes., vt per glo.in.c.cum ad sedem,de rest. spol.Resp.Alex.hoc non habere locum,quando contrarium hoc casu statutum fuerit,cuius rei illa est ratio,secundũ Alex. quia reus non potest ita instructus, ad iudicium venire,sicut actor,vt.l.si quando.C.de dilatio. l.pure in fi.ff.de dol. except.

3 Secundo,per rationem,de qua,in.l.nimis graue.C.de testib.vbi graue est summere probatio

nes de domo aduersarii; & sic non est cogẽdus aduersarius, edere instrumenta, respond. Alex. in.d.l.vlti. hanc regulam loqui de reo, vt scilicet nõ cogatur reus edere nec instrumenta actori, nec rationes, sed non negat ille tex. quin de domo actoris, possint sũmi probationes, fauorabiliores enim sunt rei, quam actores. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. & de reo, vt non cogatur edere, loquitur text. in. d. l. nimis graue. C. de testibus in glo. ibi. & Doct.

4 Tertio adducitur text. in. l. non ex omnibus, ff. de arbit. vbi nomina testium nemo cogitur edere aduersario, etiam victus: & iussus exhibere, impune non paret arbitro, idem igitur erit in instrumentis, cum non differant testes, & instrumenta. l. in exercendis. C. de fid. instrumen. Alexan. respond. quod is iubebatur edere nomina testium, antequam examinarentur, quod fieri non debet, ne subornentur ab aduersario, vt declarat specul. in titul. de test. §. qualiter, versi. post hoc & ibi. Io. an. & Alexã. in. d. l. vlti. col. 2. circa fin. nu. 3. j. eod.

5 Quarto pro hac opinione valde vrget text. in d. l. i. §. edenda. ff. de edendo. vbi simpliciter scriptum est, ea, quibus quis non est vsurus, nõ esse edenda, qui text. non distinguit actorem a reo, & loquitur de instrumentis, & de omnibus, ita

vt includat & reum, & actorem, arg.not.in.l.si pluribus.ff.de leg.primo.

6 Cum itaque, ab illa regula generali, non inueniamus exceptum casum instrumentorum, in persona actoris, ego adhærebo regulæ, iuxta. glo.in.l.omnis diffinitio.ff.de regul.iur.& putabo actorem non teneri edere reo instrumenta, per text.in.d.§.edenda.& re uera ad tex.illum, non potest bonum responsum dari.

7 Et aduertatur quia non sũmo ego, argumentum a contrario sensu, sed dico, id probari verbis legis expresis, cuius verba ita se habeat, edẽda sunt omnia, quæ quis apud iudicem editurus est, non tamen, vt instrumenta, quibus quis vsurus non est, compellatur edere, hæc verba sunt adeò expressa, & perspicua, vt interpretatione non egeant, & expresse prohibent quemquam cogi edere instrumenta, quibus non est vsurus, non per contrarium sensum: vt credidit, Alexan.sed directo, & expresse, vt cauillari, non possit. Nec est credendum sine misterio loquutas esse leges omnes, quæ cum de editione reo facienda loquuntur, semper de rationibus, loquuntur, adeò constanter, vt de instrumentis nunquã verbum faciant, ideó credendum est noluisse edi instrumenta, argu.l.ii.ff.de ed end.

8 Qua in re,ad illud eſt aduertendum,quòd leges omnes, quæ de editione loquuntur, ſemper ſe reſtringunt ad rationes,vt hic,& in.l.vlt. infra.eod.& in.l.non eſt nouum,& in.l.iuſtum, infra eodem.de inſtrumentis non reperitur cautum quòd edi oporteat, ergo quod lex non dicit, nec ego dicam.l.illam.C.de collationibus præſertim in hac materia, in qua valet argumentum, non iubetur edi, ergo non eſt edendum.l.ſecunda ff.de edend.aliter loquutus eſt prætor,quando voluit compræhendere inſtrumenta, vt in.l prima.§.edenda, vbi dicit edenda eſſe omnia, quibus vtimur, & ſic etiam inſtrumenta, quod & clarius exprimit in exceptione, quam ibi facit, vbi inſtrumenta, quibus, vſuri non ſumus,non eſſe edenda, conſtituit:ergo idem feciſſet in.l.nó eſt nouum.j.eo. ſi de inſtrumentis ſenſiſſet.

9 Poteſt enim dici expreſsiſſet, ſi voluiſſet, diſponere.l.vnica.§.ſin autem ad deficientis.C. de caduc.Tollend.eandem diſtinctionem adhibuit,in.l.vltim.infra eodem,vbi in primo caſu, in verſic.nec enim, quando loquitur de actore cogendo ad edendum,ſe reſtringit ad rationes quando autem loquitur de reo non cogendo edere,complectitur,& rationes, & inſtrumenta.d.l.vlt.verſi.quando.

Vbi

10 Vbi adducit rationem quare reus non teneatur edere actori rationes,quia inquit,non oportet originem petitionis fundari in instrumentis rei, & est optima ratio generalior dicto, cum enim intentio actoris non possit fundari instrumentis rei,intelligendo instrumenta in genere, prout in.l.i.ff.de probatio.optime infert, quod reus non tenetur edere rationes,quæ sunt species instrumenti,remoto enim genere,sunt etiã remote eius species.l.si.causa cognita, iuncta glo.in verb.peremisti.C.de transact. & ibi Bar. Bal.Paul.Cast.& in.§.vulgo.instit.de succesfio. cogna.l.vlt.in prin.ff.de vsu.rei iudi.l.i.§.quod autem.ff.de aleator.& hæc nota pro intellectu ad.l.vlt.j.eod.ibi .n.accipitur instrumentum in generali significatione pro omni genere probationis & reddit rationem quare liber rationum non sit edendus actori in d.vers.quando & est optima & concludens ratio & ibi accipitur quãdo pro quia vt ibi exponit glo.& in l.cum te.C. de pact.inter empt.et vendit,& in l.si tutor C. in quib.caus.rest.in integ.non est neces.

11 Quinto speciale est in fisco,quòd instrumenta illi edantur.l.senatus.ff.de edendo.l.ii.§.i.&.§. tem diui.ff.de iur.fisc.ergo in aliis est ius commune,in contrarium, scilicet quòd nulli edantur instrumenta.l.ius singulare.ff.de legibus, & in hac materia hoc argumento vtitur, tex.in.l.

ſi quis.§.prohibet.ff.de edend.vbi iuſſus edere ex cauſa, intelligitur prohibitus, ne ſine cauſa edat, ſic iuſſus rationes edere, intelligitur prohibitus, ne edat inſtrumenta.d.§.prohibet, &.l. ii.ff.de edend.

12 Eodem argumento vtitur text. in .l.argentarius in prin.eod.titu.vbi prætoris edictum, quo argentarii iubebantur edere, interpretatur vt noluerit alios, qui non ſunt eiuſdem profeſsionis, ædere.

13 Sexto facit text.in.d.l.ſi quis.§.rationem, vbi pignns, & mandatum, edi nō oportet, ab argentario, & ſic qui in ea cauſa eſt, vt edere debeat, tamen inſtrumenta, nō cogitur edere, & ibi hoc vtitur argumento, lex ipſa, iſtud eſt extra rationem, ergo edi non debet, ex quo apparet inſtrumenta, quæ ſunt extra rationem, non eſſe edenda, etiam ab argentario.

14 Idem dicam de actore, vt non teneatur edere reo inſtrumenta, quæ ad rationem nō pertinent nec ratio differentiæ inter actorem, & argentarium reddi poteſt, vterque enim iubetur edere, de actore loquitur text.in.l.non eſt nouum.ſ. eod. &.l.vlt.eod.titul.de argentario loquitur tex.in.d.l.prætor, &.d.l.argentarius ſane argentarius qui iubetur edere rationes, non cogitur edere inſtrumenta, ad rationem ſuam non pertinentia, ergo idem defendemus in actore.

15 Accedat quod argentarius etiam contra se iubetur edere rationes.d.l.argentarius.ff.de edē. tamen indistinctè prohibetur ne edat instrumēta.d.l.si quis.§.rationem . Igitur idem dicam in actore, cum ratio differentiæ reddi non posit. l.iii.§.i.ff.de iniust,rupt.

16 Non obstat,si fortè dixerit quispiam, id quod ferè omnes Docto. dicunt, videlicet non posse adduci rationem differentiæ, inter instrumenta,& rationes . Respondeò subesse manifestam differentiam,nam ratio est quid vniuersale, seu generale,continens data,& accepta,& sic obligationem,& solutionem,& quicquid inter eos gestum est.l.si quis.§.rationem.ff.de edend. & ex eis probatio totius negotii,& pro,& contra, haberi potest.l.quædam .§. nummularios.ff. de edend.non idem est in instrumentis, & cautionibus , nam semper partem tantum continent, negocii , scilicet aut obligationem tantum,aut solutionem tantum, in quo edendo potest subesse captio, quæ captio cessat in editione rationum, vt patet ad sensum.

17 Quod si forte,in ratione, conficienda, deficit argentarius , & partem neglexit , imputet sibi, qui non confecit rationem diligenter,prout tenetur.d.l.argen.& talē ex qua totius negotii veritas haberi possit.d.l.quædam.§.numularios.

18 Et ideo negligenti imputatur.l.si quis.§.pro-

hibet.ff.eod.titul.quæ culpa, & negligentia in instrumentis conficiendis, non sic imputatur.l. plures apochis.C.de fide instrum.ex quibus, apparet manifestam subesse differentiam, inter rationes, & instrumenta, quicquid dicat Alex.

19 Denique non valet argumentum, à rationibus edendis, ad instrumenta edenda, vt probat tex. in.d.l.si quis.§.rationem, vbi expresse dicit, nihil edendum esse, quod sit extra rationem, ex his defendam, non debere cogi actorem, edere reo instrumenta, ad exceptionem fundandam, licet Doctor.teneant contrarium, cogita, quia nouum est, & non contemnendum.

20 Retenta hac conclusione, quòd instrumenta non edantur, fallit in his instrumentis, quæ pertinent ad rationes, plerumque enim habemus instrumenta quæ continentur in rationibus, seu pertinent ad rationem, vt patet ex.l.siquis.§.rationem .ff. de edend.l.cum seruus in fin.ff.de condi. & demonstr.l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuileg.credit.&.l.vlti.§.i.ff.de appellationib. hæc edi debent, prout & liber rationum edi debet, vt probat tex.in.d.l.vlti.§.i ff.de appellatio. alia instrumenta non debent edi.d.l.si quis.§.rationem.ff.de edend.& ita concordantur opiniones.

21 Secundo fallit in fisco.l.senatus.ff.de edend. l.ii.§.i.&.§.item diui.ff.de iur.fisc. Docto. hoc

loco communiter.

Tertio fallit in vſurario ſecundum Doctor.in clement.i.§.cæterum de vſur.de quo dubito, quia text.in.d.§.cæterum,loquitur de rationibus edendis, ideo non videtur producendum ad inſtrumenta per ſupradicta.

Quarto fallit in inſtrumentis, quibus quis vtitur, vel vſurus eſt in iudicio.l.i.§.edenda.ff.de edend.Docto.omnes admittunt.

22 Qua in re,non puto prætermittendum,editionem hanc, quæ fit ratione vſus, iure prætorio, non autem iure ciuili, fieri, patet hoc ex.l.i.§. diem.ff.de edend.vbi in editione inſtrumentorum facienda,diem excepit,prætor,ergo & ipſe edi iuſsit,patet etiam,ex.l.edita.j.eod.vbi dicitur,editam rationem emendari,vel mutari poſſe,prout perpetui edicti monet authoritas,& iuris prætorii authoritate id fit.

23 Et per hæc errat Bald.in.l.prætor.ff.de eden, & ibi Iaſ.cum dicit,illuc vſque tractatum fuiſſe de editione iuris ciuilis,& ſubſequi poſtea tractatum de editione prætoria, & quòd iure prætorio edantur inſtrumenta, in iuditio, probat text.& in.l.ii.ff.de edend.per locum,a ſpeciali, ibi,non iubet prætor.

24 Non obſt.text.in.l.iii.ff.eodem reſpondeo, ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis,pertinens ad ſenatus conſultum,& eſt derogatorius regulæ per prætorē

constitutæ , & sic potius probat opinionem meam,per locum a speciali,quod nota.

Ex his imponenda est manus extrema,huic operi quáquã enim circa hanc editionis materiam, quã plura supersunt per tractanda,præcipue an reus ad iuuandam actoris intentionem, aut ad eius replicationem fundandam.edere sit cogendus,alii denique casus essent commemorandi, quibus tenetur reus edere actori, tamen quia commentaria,ad hanc.l.i.C.de eden.forte amplius,quã deceat, in immensum creuerunt, de reliquo alibi tractandum reseruo. Interim hæc quæ a me scripta sunt,non gloriæ captandæ gratia,sed veritatis inuestigandæ causa,eorum iudicio subiicio, qui a certo sensu,& vero de nobis sunt iudicaturi, non autem istorum,qui ne faciant,maliuolentia, & liuore impedientur.

FINIS.



Errata sic corrigito.

Pagina.5.facit,facit.pa.17.apprehẽdendo, apprehẽdende. p.24.quæ non,qui non.p.25.metu, mihi.p.28.vbique, vbicunque.p.32.quisque,quasque.p.42.publicam,publica.p.44 de tabellionibus,in tabellionibus.p.50.per vtilitatem,propter vtilitatem.p.50.vtile,vtilis.p.50.maxima,maxime.p.51. veucas,vsuras.p.51.ex primo,exprimit.p.51.vel ipsi,ipsi.p.51 d.§.innumularios,d.§.nũmularios.51.præfere,præfert.p.54 publice,publica.p.60.quam de re,qua de re.p.60.pertinent, pertinct.p.62.quin,quid.p.63.quidem,quidam.p.64.quáquã quæque.p.65.notatumque,notatuque.p.67.quæ quæstio,ꝙ quæstio.p.67.& quæ,& qđ.p.68.vniuersariis,anniuersariis. p.69.vniuersariis,anniuersariis p.74.legiptimis, legitimis. p.76.destinguntur, distinguuntur.p.91.quedam admittunt, quidam admittunt.p.91.magistratum, magistratu. p.91.potuerit,potuit.p.96.de loci,cò loci.p.103.etiam in, & in.pa. 104.in contumaciam,ob contumaciam.p.107.tex.videlicet, tex.noster.p.109.quam ratione,ꝙ ratione.p.127.ammittitur cõmittitur.p.135.sunt edicti,quæ sunt edicti.138 quæ meo, ꝙ meo.p.141.gratulos,gratulor.p.143.edera, edere. pa.151. corruum,corruunt.p.153 commenta,commenti.p.164.æqui parant,æquiparans.p.184.possessionis, professionis. p.191. sed codices,seu codices.p.192.non ita,ita.p.192.quid cum, quia cum.p.205.ædəretur,edentur,p.206 ponet,ponit. 215. in pecuuiariis, in pecuniariis,219.agere agitur.220.in dilationibus,in delationibus.p.226.intelligi, infligi.pa.250.tamen,tantùm.p.255.comprehensum , comprehensus.pa.261. occise,otiose.p.264.commentati, commenti.pa.276.species speciei.



